De iure iurando apud Aeschylum, Sophoclem, Euripidem observationes

J. de Jong

DE IURE IURANDO APUD AESCHYLUM, SOPHOCLEM, EURIPIDEM OBSERVATIONES.

UNIVERSITAS LIBERA REFORMATA AMSTELODAMENSIS.

DE IURE IURANDO APUD AESCHYLUM, SOPHOCLEM, EURIPIDEM OBSERVATIONES.

DISPUTATIO LITTERARIA

QUAM

ANNUENTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS

H. H. KUYPER,

THEOL. DOCT., IN FAC. THEOL. PROF. ORD.

PRO GRADU DOCTORIS

SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

PUBLICO AC SOLLEMNI EXAMINI SUBMITTET IN AEDIBUS QUIBUS NOMEN „DE WERKENDE STAND"

JAN DE JONG,

E PAGO KOLLUM,

DIE IV. M. JULII. A. MCMX, HORA IV.

ROTERODAMI,

APUD

T. DE VRIES Dzn.

MCMX.

PATRI OPTIMO

PIAEQUE MEMORIAE MATRIS.

Disputatione mea inaugurali ad finem peracta cum iam in eo sim, ut studia academica absolvam, imprimis celebrandus est Deus optimus maximus, qui huc usque mihi vitae pepercit maximisque me affecit beneficiis suis.

Deinde vobis omnibus, viri clarissimi, Universitatis Liberae Reformatae Professores, quorum scholis interfui pro magna vestra benevolentia in me ex animo gratias ago.

Attamen non possum non tibi, clarissime Woltjer pater, nominatim agere gratias, quippe qui inde a puero me erudiveris, qui adulescentem me magno litterarum amore imbueris, cuius scholis summa voluptate per tot annos interfuerim, cuius perspicuitas in docendo semper mihi exemplo fuerit, cuius benevolentiam in me non satis laudare possim.

Nec non tibi, clarissime Geesink, multum debeo, cuius de historia philosophiae et logicae elementis scholis ut fruerer mihi contigit quique semper benevolentissimum te praestitisti in me.

Denique grato animo te clarissime Woltjer fili, aestumatissime promotor nomino, qui quamquam scholis tuis non diu interfui, viam mihi demonstravisti qua in imas quaestiones difficillimas penetrarem cuique in absolvenda disputatione mea, licet permulta officia vix permitterent, ut tempus impenderes, non pauca debeo consilia utilissima.

Et vos, commilitones, quorum amicitia mihi uti licebat, valere omnes iubeo.

Proöemium.

Ut in universa antiquorum populorum vita religio observatione est dignissima [1]), ita inter ea quae ad religionem pertinent, ius iurandum primum obtinet locum. „Est enim", inquit Cicero, De Off. III, 104: „ius iurandum adfirmatio religiosa". Arte cum religione cohaeret, tam arte, ut Göschel [2]) affirmet: „Ohne eine Geschichte der Religion (ist) eine Geschichte des Eides nicht möglich, so wie wieder ohne Geschichte der Religion und des Eides auch die simultane Statistik der verschiedenen Religionen und des Eides ihrer Basis ermangelt".

Nec de ipso iure iurando multi non scripserunt. Affero:

Schröder. *De praecisis formis iurandi Graecorum et Romanorum.* Jahresbericht vom kgl. Gymnasium zu Marienwerder, 1845, qui aliquot annis post libellum scripsit, cui titulus: *De Graecorum iuramentis interjective positis*, Jahresbericht v. kgl. Gymn. zu Marienwerder, 1859.

Eadem fere aetate vir doctissimus Lasaulx edidit disputationes notissimas saepiusque laudatas, quae inscribuntur:

Die Gebete der Griechen und Römer, 1842; *Der Fluch bei Griechen und Römer*, 1843; [3]) *Der Eid bei den Griechen*, 1844.

Perdiu libri eius, quibus magna laus iure tribuitur, fuerunt optimi. Multis locis allatis ea, quae de iure iurando docet, demonstrare solet lepidissimeque exponit, quid de iure iurando viri Graeci existimaverint. Cum religione ius iurandum cohaerere fere omni eius libri pagina apparet.

---

1) Sie ist, inquit, Von Prott, der Schlüssel für das Verständniss der griechischen Kultur und Kunst, cf. Schrader B. Ph. W. 1903 Col. 1312.

2) C. F. Göschel. Der Eid nach seinem Principe, Begriffe und Gebrauche. Berlin 1837. p. 239.

3) Verzeichnis der Vorlesungen der kgl.-Bayerischen Universität zu Würzburg, 1842, 1843, 1844.

Attamen posteriores eius opere non contenti, non destiterunt in hanc religionis partem omni cura incumbere. Iuris iurandi enim rationem bene cognoscere, operae pretium iis, qui litteris Graecis studeant, quam maxime est. Saepissime iurabatur cum a viro privato, tum a magistratibus, quin Lycurgus [1]) orator „τὸ συνέχον", inquit „τὴν δημοκρατίαν ὅρκος ἐστί, et Andocides 1, 9: „συνέχει μόνον τὴν πόλιν". Magnam auctoritatem iuramenta habuerunt, praecipue quia religio in civitates Graecas tam penitus penetraverat [2]). Religio atque ius, ut in omnibus gentibus, ita apud Graecos arte sunt coniuncta. Postea sane disiunguntur, nec tamen tam prorsus, ut non multis partibus etiam tunc cohaereant.

Unde fit, ut de integro identidem inquiratur, quae fuerit auctoritas et vis iuris iurandi. Ziebarth scripsit *de iure iurando in iure Graeco quaestiones* [3]). Kühnlein [4]) inquisivit in iuramentorum apud oratores Atticos formulas, quod idem fecit Ott, in parte posteriore libri, qui inscribitur: *Beiträge zur Kenntniss des Griechischen Eides*. Meinhardt aliam partem scriptorum antiquorum perscrutatus est, disputans „*de forma et usu iuramentorum, quae inveniuntur in comicorum Graecorum et Platonis, Xenophontis, Luciani sermone* [5]). Non multis ante annis Augustin edidit libellum, cui titulus: *Der Eid im Griechischen Volksglauben und in der Platonischen Ethik* 1894. Praeterea generaliter egerunt de iure iurando: Hirzel libro suo: Der Eid 1902, Ziebarth in magna illa Encyclopaedia, quam curaverunt Pauly-Wissowa s. v. *Eid*, quorum opera, ut observationes Encyclopaediae, quae edita est a viris doctissimis Daremberg et Saglio non pauca ad ius iurandum bene cognoscendum attribuerunt.

Cum apud oratores, tum apud comicos, tum in aliorum scriptorum operibus investigatum esse apparet, quo modo iure iurando antiqui usi sint, quae fuerit eius vis atque forma. In tragoedias Graecas id factum non esse constat, quamquam maxime

---

1) Lycurg. adv. Leocr. 79.

2) cf v. Wilamowitz. Arist. und Athen II p. 48. cf. Rudolf v. Ihering, Geist des röm. Rechts I³. p. 266. Ziebarth, Der Fluch im Griechischen Recht Hermes XXX, 1895, p. 57, sqq

3) E. Ziebarth. De iure iurando in iure Graeco quaestiones Diss. Gott. 1892.

4) Kühnlein. De vi et usu precandi et iurandi formularum apud decem oratores Atticos. Progrm. v. Neustadt a/d H. 1882.

5) Diss. Jena, 1892.

miror huc usque id esse omissum. Consentaneum est, permultos, qui sive de religione scripserint, sive de iure, sive de rei publicae institutis ius iurandum non neglexisse. Poetarum tragicorum opera quoque illi legerunt, nec paucos eorum versus interdum laudaverunt ad opiones suas defendendas, vel argumenta adversariorum refellenda, via et ratione autem in tragoedias Graecas de iure iurando, quod sciam, nondum est inquisitum.

Quod mirari me contendens, non iniuria mihi contendisse videor. Primum enim locum inter auctores antiquos poetae tragici obtinent, multo maioris habendi sunt multoque magis animos moverunt, quam qui fabulas nostra aetate dent.

Mihi hanc ob causam proposui, quod alii huc usque omiserunt, ut inquisitione statuere conarer non solum, quae sit in tragicis Graecorum poematis forma iuris iurandi, sed praecipue, quae esset eius vis et quo modo adhiberetur.

Poetae tragici, cum a populo Graeco tanto honore sint affecti et re publica Atheniensium florente eorum auctoritas fuerit tanta, magni pretii est accuratius cognoscere, quid de iure iurando iudicaverint, qui iuramenti apud eos sit usus. Attamen hac in re nunquam erit obliviscendum eorum opera esse poemata. Saepius poetae non dicunt, quod ipsi sentiunt, eorum fabulae „brauchen, inquit iure Ivo Bruns,[1]) als rein künstlerische Consequenzen keineswegs den Gedanken ihrer Zeit zu entsprechen".

Attamen fieri potest, ut ipsius poetae opinio ex iis tamen appareat. Actio enim non semper progreditur. Saepius chorus inducitur, qui opinionem suam de rebus gestis aut de rerum statu afferat, qua occasione poetae utuntur, ut, quid ipsi sentiant, edicant. „Hier haben sich die Dichter, inquit Bruns, ein Organ geschaffen, durch das sie, wenn es ihnen beliebt, auch unter völligem Aufgeben der mythologischen Voraussetzungen ihr eigenstes nachdenken unvermittelt äussern können".

Tragoediae itaque minime sunt neglegendae „Es stande übel, iure idem Bruns, o. l. p. 4, observat, um unsere Kenntniss des Geisteslebens der Alten, wenn wir in den erhaltenen Tragödien nicht zahlreiche psychologische Gemälde besässen, für welche die Dichter die lebensfrischesten Farben aus ihrer eigenen Zeit und Anschauung genommen haben. Auch von dem Verkehr zwi-

1) Ivo Bruns. Die griechischen Tragödien als religiösgeschichtliche Quelle, 1894 p. 19.

schen Mensch und Gottheit ist ein vielfach directes Bild in jene Dramen übergegangen."

Etenim tragici non solum fuerunt poetae, habendi sunt populi praeceptores, quod ipsis Graecis non erat ignotum cf. Aristophanis Ran. 1053 sqq. (Dind.)

ἀλλ' ἀποκρύπτειν χρὴ τὸ πονηρὸν τόν γε ποιητήν
καὶ μὴ παράγειν μηδὲ διδάσκειν. Τοῖς μὲν γὰρ παιδαρίοισιν
ἔστι διδάσκαλος ὅστις φράζει, τοῖς ἡβῶσιν δὲ ποιηταί.

Primo loco igitur investigare in animo habeo ea, quae ad iuramentorum formas pertinent sc.

I. Quae apud tragicos [1]) poetas iuris iurandi sit forma.
II. Qui in iure iurando apud eos invocentur.
a. dii ; b. homines ; c. res.
III. Quae sint caeremoniae, in iure iurando adhibitae.

Deinde de iis, quae ad iuris iurandi notionem magis pertinent apud tragicos sc.:

I. Quae sit iuris iurandi natura.
II. Cur iuretur.
III. Quid valeat, a, in vita publica.
b. in vita privata.
IV. Quid de periurio tragici senserint.

---

[1]) Tragici si commemorantur sermo es tde Aeschylo, Sophocle, Euripide.

I. Quae sit iuris iurandi forma.

Formae [1]) iuris iurandi, quae cum apud poetas, tum apud alios scriptores Graecos inveniuntur, sunt permultae, quas ut facilius perspiciamus, hoc ordine tractabimus:

A. Vocabula quibus Graece actio iurandi indicatur.

B. Particulas in iure iurando adhibitas.

C. Formas in quibus Vocativus adhibetur, additis aut non additis particulis *ὦ* vel *ἰώ*.

D. Formas per Imperativum *ἴστω* compositas.

E. Alias iuris iurandi formas.

A. De vocabulis, quibus Graece actio iurandi indicatur.

Plurima vocabula Graeca ad ius iurandum pertinent aut cum actione iurandi aliqua ex parte cohaerent. Ius iurandum vulgo Graece dicitur *ὅρκος*, interdum *ὅρκιον*; iurare *ὄμνυμι*. Praeterea autem permulta alia verba de hisce verbis sunt derivata, quorum apud oratores Ott [2]) laudat haec: *ὁρκοῦν, ἐξορκοῦν, ἐξόρκωσις, εὐορκεῖν, ἐμπεδορκεῖν, ὁρκίζω, ἐξορκίζω, ἐνορκίζομαι, ὅρκιος, ὁρκωτής, πεντορκία, ἐπιορκία, εὔορκος, ἔνορκος, ἐπίορκος, ἀπ-, δι-, ἐξ-, ἐπ-, κατ-, συν-, ὑπόμνυμι; ἐπ-, συνωμότης; ἐνωμοτία, ἐξ-, συν-, ὑπωμοσία; ὀμνυούρας, ἀνωμοτί, ὁρκωμότης, ὁρκωμοσία.*

Herodotum idem dicit habere formulas has: *ὅρκους δούς; τὸ ὅρκιον ποιεύμεναι; ἔταμον ὅρκιον; ὅρκους ἐπήλασαν; ὅρκους προσάγων; τὸ ὅρκιον ἐφύλασσον, παραβαίνειν τοὺς ὅρκους; μένειν τὸ ὅρκιον.*

Apud tragicos poetas quoque plurima vocabula leguntur, quae ad ius iurandum pertinent, aut cum eo arte cohaerent.

---

1) cf. de iuris iurandi formis Glotz apud Daremberg et Saglio i. v. ius iurandum.

2) cf. Ott. o. l. p. 18.

Apud Aeschylum[1]) legimus:

ὄμνυμι cum Acc.: Sept. 516; συνόμνυμι Ag. 655; Choeph. 976, προόμνυμι Ag. 1195; ὁρκωμοτέω Sept. 46, Eum. 767.

Ipsum vocabulum ὅρκος invenitur: Ag. 1197, 1283 (ὅρκος ὀμώμοται), 1569 (ὅρκους θεμένη); Choeph. 975 (ὅρκος ἐμμένει πιστώμασιν); Eum. 218, 624, 683 (ὅρκον αἰδεῖσθε), 713, fr. 394.

ὅρκια[2]): Ag. 1432; Eum. 486; ὁρκώματα: Eum. 489, 771; εὐόρκως: Choeph. 977 (τάδ' εὐόρκως ἔχει).

Apud Sophoclem[1]): ὄμνυμι: O. C. 1145; Phil. 357, 623, 941; Trach. 1185, 1188. ἐξόμνυμι: Ant. 535; διόμνυμι Aiac. 1233, Trach. 255, 378; ἀπόμνυμι: Phil. 1289; συνόμνυμι: Phil. 1367; ὑπόμνυμι fr. 315; ὁρκωμοτέω Ant 265.

ὅρκος, Aiac. 649; O. R. 647, 654; El. 47; O. C 650, 1767; Trach. 255 (ὅρκον προσβάλλω).

ὅρκιον: Trach. 1223; frr. 431, 742, 846, 847.

ὅρκιος O. C. 1637, Phil. 1324; ἐνώμοτος: Aiac. 1113;

ξυνωμότης: O. C. 1302; διώμοτος Phil. 593; ἐπώμοτος: Trach. 427, 1188; ἀπώμοτος Ant. 388, 394;

ἔνορκος: Ant. 369. Phil. 72, 811.

Apud Euripidem[1]): ὄμνυμι: Hik. 1188; Hipp. 612; Iph T. 743; Phoen. 427. Med. 746, 752; Hipp. 713, 1026; (Rhes.) 816. ὅρκον—: Hipp. 1063; Iph. A. 391.

κατόμνυμι: Hel. 348; Or. 1517; Iph. A. 473; —ὅρκον: Hel. 835; Iph. T. 790. ἐπόμνυμι: Iph. T. 747, 974; Phoen. 433 (cum Acc.)

---

1) In fragmentis laudandis secutus sum editionem tragicorum fragmentorum, quam curavit A. Nauck² 1889.

Versibus Aeschyleïs adscripsi numeros editionis maioris criticae Weckleinianae, quae inscribitur: Aeschyli fabulae cum lectionibus et scholiis etc. ab Hieronymo Vitelli denuo collatis edidit N. Wecklein, Berolini 1885; versibus Sophocleis editionis, quam curavit Konradus Kuiper (in Bibliotheca Batava scriptorum Graecorum et Romanorum, Lugduni Batavorum, G. F. Théonville),

versibus Euripideis editionis Nauckianae. (Teubnerianae) 1906.

2) „Die Eidopfer, inquit Schöm. Lips. Gr. Alt. II p. 278, heiszen ὅρκια.... mit demselben Namen werden niemals jedoch die Eide selbst (bezeichnet) die nur ὅρκοι heissen". E tragicorum locis hoc demonstrari non potest. Ag. 1432; Eum. 486 (lectio est incertissima cf. Appendic. Weckl. p. 274); Trach. 1223; Med. 735 non apparet, de qua re sermo sit. Videtur tamen sermo esse de ipsis iuramentis, ut etiam Hik. 1232: ὅρκια δῶμεν cf. Dind. Lex. Aesch. s. v ὅρκιον = ius iurandum.

ἀπόμνυμι: Cycl. 266; *διόμνυμι*: Phil. fr. 795; *ὁρκωμοτέω* Hik. 1190. *εὐορκέω* Or. 1517.

ὅρκος: Med. 21, 161, 169, 439, 492, 754; Hipp. 611, 657, 960, 1037, 1055, 1063, 1306, 1309. Andr. 1000; Hik. 1188 (*ὅρκον λαμβάνω*), 1191, 1194, 1202, 1229; Hel. 977; Phoen. 1241 (—*συνάπτω*).

Iph. T. 735, 743, 750, 758, 788, 790; Iph. A. 58, 78, 391, 395; fr. 286, 7; fr. 645, 2.

ὅρκιον: Med. 735; Hik. 1232.

ὅρκιος: Med. 208, Hipp. 1025, Phoen. 481, 1677, Iph. T. 747;

εὔορκος: Med. 495. *ἐπίορκος*: El. 1355;

ἐνώμοτος: Med. 737; *ἀνώμοτος*: Hipp. 612.

Quamquam omnino mihi non proposui de omnibus hisce vocabulis disputare, pauca tamen sunt dicenda de iis, quae sunt *ὅρκος*[1]) et *ὄμνυμι* et de formula *ὅρκον ὄμνυμι*.

De vocis, quae est *ὅρκος* origine minime constat. Eiusdem radicis esse atque vocem *ἕρκος* iam antiqui docuerunt [2]) nec quisquam, quod sciam, negavit. Attamen significatio non prorsus est eadem Iure Hirzel o. l. p. 154 observat: „Doch möchte ich nicht, wie gewöhnlich geschieht, *ἕρκος* und *ὅρκος* ohne Weiteres gleichsetzen." Sicut in vocibus *τόκος* et *τέκος*, *στόνος* et *στένος*, *λόχος* et *λέχος*,

---

1) *ὅρκος*. Vulgo adhibetur Singularis, quamquam etiam Pluralis legitur sc. *Aesch.*: Ag. 1569; *Eur.*: Med. 21, 161 (incertum. Fieri potest, ut plura iuramenta Iason iuraverit) Hipp. 611, 657, 1037, 1063 (de eodem iuramento sermo est atque 1055 (*ὅρκον*) 1306, 1309.

Hik. 1188, 1194 (Sing.) 1202, 1229 (de eodem *ὅρκοι*)

Iph. T. 743, 750, 758 Sing.; 788 de eodem Plur.

Apparet igitur promiscue Euripidem usurpare *ὅρκος* et *ὅρκοι*; Sophoclem Singularem tantum habere numerum, Aeschylum uno loco Singularem, duobus Pluralem.

ὅρκιος: qui ad ius iurandum pertinet:

a. qui iuravit, iure iurando constrictus est cf. O. C. 1637, Ant. 304.

b. qui ius iurandum tuetur (cognomen Iovis) cf.:

Phil. 1324; Hipp. 1025; Med. 208; Phoen. 481, 1677;
Iph. T. 747.

2) Herodian, II. 1, p. 287, 22 Lentz: *οἱ δὲ παρὰ τοῦ εἴργω, ἐπισχετικὸς γάρ ἐστι τῶν ὑπερβάινειν βουλομένων .... ὅρος γάρ ἐστιν* (sc. *ὁ ὅρκος*). *οἱ γάρ ὀμνύοντες ὁρίζονται καὶ ὁμολογοῦσιν.*

Eustath. ad Iliad. Π 338, (I, 1, p. 189. 17, Stallb):

γίνεται δὲ ὁ ὅρκος ὅθεν καὶ τὸ ἕρκος, ἐκ τοῦ εἴργω γὰρ τὸ ἐγκλείω, καθείργνυται γὰρ πως ὁ ὀμνύων οἷ ὁμολογεῖ, κατὰ δὲ τοὺς παλαίους παρὰ τὸ ὅρος ἀρσενικόν, ὁρίζονται γάρ τι ὁμολογοῦντες οἱ ὀμνύοντες.

ὁλκὸς et ἕλκος quaedam est discrepantia. „Wägt man die Bedeutungen auf beiden Seiten genau ab", pergit idem l. l. „so findet man, dasz auf der einen Seite, wie in τόκος und βόλος die Bedeutung einer Thätigkeit oder Bewegung ebenso überwiegt, wie auf der andern, wo τέκος und βέλος entsprechen, die des fertigen Resultates oder einer Sache". Actio saepiendi igitur voce indicatur, quae est ὅρκος; ipsum saeptum vocabulo ἕρκος. Quid autem saepiatur, non constat. L a s a u l x p. 5 [1]) arbitratur ὅρκον esse „eine Einfriedigung, gleichsam ein heiliges Gehäge um das gegebene Wort"; Ott, o. l. p. 9, ὅρκον explicat „als Schranke, die für den Menschen selbst und sein Handeln durch Leistung des Eides besteht, indem er in einer ganz bestimmten Weise handeln muss, will er nicht Schuld auf sich laden und Strafe gewärtigen", H i r z e l contra o. l. p. 154 putat ὅρκον esse nomen, aptissimum Orco diisque infernis, quippe qui, inquit ipse, „die Einheger κατ᾽ ἐξοχήν genannt werden durften". Coercent manes, quin Tartarus pluribus locis ἕρκος dicitur. „So ist auch wohl nicht zufällig", deinde idem l. l. ait „der Name des Unterweltgottes genommen worden von der Wortform, die die ihm wesentliche Thätigkeit, das Einhegen, Einschranken und nicht von der andern ἕρκος, die nur die todte damit verbundene Sache, das Gehege, die Schranke bezeichnet".

Consentiunt igitur omnes voci ὅρκος inesse significationem „S a e p i e n d i"; quid saepiendum sit, non constat, neque apparet e formulis, a posterioribus usitatis, velut ὅρκον διδόναι etc., ubi significatio pristina non amplius intelligebatur; ὅρκος tunc nihil erat nisi ius iurandum. Neque verbum, quicum saepius coniungitur, ὄμνυμι sc. rem magis illustrat.

Verbum quod est ὄμνυμι derivatum est a radice *omo* (cf. Aor. ὄμοσαι), pangere, iurare, quae eadem subest in vocabulis antiquae linguae Indicae: *amito; amiti*, — pangit, constituit; *amit* — iurabat; *san amante* — iurabant, pangebant; *Vomo*-pangere, iurare. [2])

1) Der Eid bei den Griechen 1844 p. 5.

2) cf. P r e l l w i t z. Etym. Wörterb. i. v. ὄμνυμι. P a s s o w. Gr. Wörterb. i. v. prorsus alio modo explicat: „Nach Passow von ὁ μ ό ς wie ὁμολογέω zusammenstimmen, betheuern, bejahen oder durch einen Eid verbinden, verbindlich machen, verpflichten, wovon auch das Lat. o m n i s = cunctus st. coniunctus abgeleitet werden.

U l l r i c h, Beitr. z. Erkl. u. Krit. d. Thukyd. 1862 p. 8 coniecit ὄμνυμι derivandum esse ex ὀνόμνυμι = ὀνομάινω, quae omnes explicationes nullius pretii sunt habendae, ex quo constat significationem pristinam esse „p a n g e r e", cf. A u f r e c h t, Rh. Museum 40, 160; B e c h t e l, Hauptprobl. p. 233.

Saepe cum vocis, quae est ὅρκος, Accusativo coniungitur, non tamen semper e. g. Il. XIX, 187, quin mihi videtur antiquitus vocabula ὅρκον et ὄμνυμι non fuisse coniuncta. Accusativum in hac formula ὅρκον ὄμνυμι eodem modo explicandum esse arbitror atque νόσον in ἀσθενεῖν νόσον, aliisque eiusdem generis. Est Accusativus verbalis qui dicitur, quod idem Kühner-Gerth o. l. I p. 305 contendit. Haec natura Accusativi multo planius apparet in formulis: ἐπίορκον ὅρκον ὀμνύναι et τὸν ὅρκον ἐπιορκεῖν cf. Aeschin. in Tim. § 115: πολλοὺς ὅρκους ἐπιωρκηκὼς πόλεσιν; Dem. p. 1203. Idem indicant sententiae velut, ὅρκον ὀμνύναι κάρα cf. Eur. Hel. 835.

Formula ὅρκον ὀμνύναι eiusdem igitur generis est atque Latine „ius iurandum iurare; subest autem significatio prisca: saeptum pangere, finem definire, quamquam dubium est, neque demonstrari potest, unquam ita haec formulam esse adhibitam. Semper enim vel ab antiquissimis scriptoribus de iure iurando usurpatur.

Quod Hirzel coniecit ὅρκον olim fuisse deum infernum, eundem fortasse atque deum Latinum, cui nomen Orco, qua de causa ὅρκον ὀμνύναι vel potius Ὅρκον ὀμνύναι proprie esset „nicht sowohl einen Eid schwören, als unter Anrufung des Ὅρκος Schwören", eandemque igitur haberet significationem atque Δία, Ποσειδῶνα ὀμνύναι, quamvis acutissime hanc opinionem demonstrare conatus sit, o. l. pp. 153 sqq. minime probatum mihi videtur.

Etiamsi, quod antiqui coniecerunt deum Graecum, Ὅρκος qui dicitur, infernum esse eundem atque „Orcum" Latinum, non tam stultum sit, ut Peter[1]) arbitratur, tamen quod Hirzel putat „dasz in der Schwurformel ὅρκον ὀμνύναι ein alter Name des Todesgottes haftete, der sonst durch andere verdrängt war", non solum demonstrari non potest, verum etiam ipsis iis refellitur, quae ipse Hirzel attulit. O. l. enim p. 170 ipse concedit: „So weit das Licht der Geschichte reicht, haben die Menschen nicht beim Horkos, als dem Gott der Unterwelt geschworen".

Maximi mihi videtur esse momenti de deo inferno, cui nomen Ὅρκος nullo loco esse sermonem, nisi ubi ad ius iurandum vel ad periurium pertineat. Nunquam de eo scriptores Graeci mentionem faciunt, velut de Orco Romanorum; non est deus infernus eiusdem

---

1) cf. Roscher. Ausf. Lex. d. Gr. u. Röm. Myth. i. v. Orcus. col. 945. De antiquis cf. Interpol. Serv. Georg. 1, 277; Mythogr. Vatic. II, 10; 10, 6, 1. Idem contenderunt Scaliger, Coni. in Varr. IV p. 49 Bip. et non multis ante annis Zielinski, Philol. 55, p. 509, 16. cf. Hirzel p. 153, 2.

generis atque e. g. Pluto et Proserpina [1]). Periuri tantum ei dant poenas.

Denique quando Hirzel o. l. p. 156 A. dicit: „denn während wir allerdings einen Eid bei Gott schwören können, ist mir im Griechischen die Wendung ὅρκον ὀμνύναι Δία oder eine ähnliche nicht begegnet", quod hunc explicat in modum „dasz man bei ὅρκον ὀμνύναι noch eine dunkele Empfindung (der eigentlichen Bedeutung von ὅρκος) hatte, und diese Empfindung sich sträubte gegen ὅρκον ὀμνύναι Δία, ebenso wie sie sich gegen ein offenbar absurdes Ποσειδῶνα ὀμνύναι Δία gesträubt haben würde", oblivisci videtur se ipsum laudavisse o. l. p. 27: Theogn. 1195 Bergk. P. L. G.: μήτε θεοὺς ἐπίορκον ἐπόμνυθι, quod iure „eine ähnliche Wendung" dici posse mihi videtur. Etiam si Hymn. in Merc. 274 legimus: εἰ δ' ἐθέλεις πατρὸς κεφαλὴν μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι idem est observandum. Maxime autem mirum videtur, quod virum lepidissimum fefellisse videtur Eur. Hel. vs 835: ἀλλ' ἁγνὸν ὅρκον σὸν κάρα κατώμοσα, quod omnino intelligi non potest, si ὅρκος sit nomen dei cuiusdam.

Hirzel rem prorsus convertisse videtur. Deus infernus, Ὅρκος qui dicitur, derivandus est a iure iurando tanquam deo inducto, quod optime demonstrant Gruppe, Gr. Myth. u. Rel. gesch. p. 1086 et Stoll apud Roscher. Lex. Myth. i. v. ὅρκος. Est quod Schömann Theog. p. 136 dicit „der Eid in Person". Neque raro tale quid in eius modi notionibus fit. Eodem modo dii extiterunt, de quibus Gruppe o. l. p. 1065 sqq. copiosius agit sc. Charites, Eros, Moirae, Themis idemque dici potest de dea, Ἔρις quae vocatur, quam Hesiodus Theog. 226 ὅρκου dicit matrem. Non vere sunt dii, tanquam dii modo a poetis inducuntur; est personificatio quae postea dicitur.

Quod si verum est, mirum non videtur, deum Ὅρκον eundem non semper se praebere. Multum enim interest inter deum infernum, πῆμ' ἐπιορκίοις quem Hesiodus vocat Opp. 804 et comitem Iovis, Διὸς Ὅρκος qui a Sophocle O. C. 1767 dicitur, [2]) qui viro ius iurandum servanti favens cum superis vivit. Ius iurandum vulgo in terra iuratur, homines hunc in modum quam maxime se

---

1) Gruppe. Gr. Mythol. u. Rel. gesch. in indice nomen ὅρκος inter nomina propria laudans, addit:? De deo Ὅρκῳ cf. praeterea Stoll a. Roscher o. l. et Ellendt—Genthe, Lex. Soph.[2] i. v. Ὅρκος

2) cf. Hirzel o. l. pgg. 142 et 145.

obstringere solent, quos deus, qui inter superos habitat, intuetur. Virum periurum autem post mortem, in Orco, poena manet nec mirum eum, cui poenas illas sumere munus est, ibi quoque sedem habere. Eadem de causa Furiae Orcum incolunt. Discrepantia igitur est eadem, quae est inter ius iurandum servatum et iuramentum, quod violatur. Hoc damnum affert atque poenas, illud magna bona beneficiaque deorum.

Hirzel haec omnino negat. Ei nomen dei inferni paulatim abiit in notionem universalem iurandi cf. o. l. p. 154. Qua re ita formulam ὅρκον ὀμνύναι explicet, apparet ex iis, quae deinde sequuntur pgg. 155 sqq. Alio modo explicare non potest, quid significet vocabulum ἐπίορκος. „Es giebt nur eine Lösung des Rätsels", ipse inquit, „dasz wir in Ὅρκος nicht den Eid, sondern den über dem Eide wachenden Gott oder Daemon sehen". Annon alio modo hoc vocabulum explicari possit, postea perpendemus.

Solus Accusativus, verbo quod est ὄμνυμι apud Aeschylum et Sophoclem omnino non additur. Euripides compluribus locis eius modi habet formulas sc (Rhes.) 816; εὖ νυν τόδ' ἴστε, Ζεὺς ὀμώμοται πατήρ; Med. 747; Hipp. 713, 1025; Phoen. 433; Hel. 348, 835; Iph. A. 473 (κατόμνυμι).

B. De particulis in iuris iurandi formulis adhibitis.

De particulis in iure iurando usitatis iam permulta a multis scriptoribus sunt dicta, ut pauca tantum de iis afferre opus sit.

α. De particula Μά.

Haec particula, de cuius origine viri docti valde dissentiunt [1]) cum

---

1) Alii, inter quos Hartung, Griech. Partikeln II p. 89 et 108 putant μά derivandum esse a particula sanscritica *mâ* (Dorice μή) eandemque igitur habere vim atque οὐ, quod alii prorsus negant, cum saepe μά cum ipsa particula οὐ coniungatur. Vis principio neque fuit affirmativa, neque negativa; quia autem saepius sive οὐ, sive ναί addebatur, vel negative vel affirmative usurpari poterat.

Kühner, Ausf. Gr. Gramm.[3] II, 2, p. 148 dicit hoc vocabulum cohaerere cum μάν atque μήν, quae vim affirmativam quoque habent (Latine vero)

Accusativo coniungi solet. Quamquam in poetarum tragicorum versibus aliquoties usurpatur, non saepe legitur. Aeschylus semel eam habet sc. Ag. 1433; Sophocles bis El. 881, fr. 136.[1])

Multo saepius autem in tragoediis Euripideis invenitur; nec tamen est obliviscendum de huius poetae fabulis multo plures superesse, quam aliorum poetarum. Decies septies particulam exhibet sc. Med. 395, 1059; Hipp. 307; Andr. 934; Phoen. 1006; Ion. 1528; Iph. A. 739, 948; Cycl. 9, 154, 262, 555, 558, 560.

Vis saepius est negativa, quamquam non semper cum particula *οὐ* coniunctum legitur. Quattuor tantum locis ita invenitur sc. Eur. Med 395; Cycl. 9, 154, 560; Iph. A. 739 sane sententia negativa deëst, subauditur autem. Agamemnon enim iubet *πιθοῦ*, quod Clytaemnestra recusans, respondet:

μὰ τὴν ἄνασσαν Ἀργείαν θεάν
ἐλθὼν σὺ τἄξω πρᾶσσε, τἄν δόμοις δ' ἐγώ.

Phoen. 1006 item vis negativa verbis Menoecei inest. Patri non obtemperat, sed iuratus vs. 1009:

ἀλλ' εἶμι, inquit, *καὶ στὰς ἐξ ἐπάλξεων ἄκρων*
σφάξας ἐμαυτὸν σηκόν etc.

Cum particula *ναί* duobus tantum locis coniungitur: Eur. Cycl. vss. 555 et 558.

Fere eodem modo igitur poetae tragici hac particula utuntur, quo secundum Meinhardt ab aliis scriptoribus usurpatur, quamquam is solam laudat formulam *μὰ Δία.*[2])

β. De particula *οὐ*.

Particula *οὐ* eodem modo atque *μά* in iure iurando cum Accusativo nominis eius usurpatur, per quem quis iurat. Kühner,

---

quod ante iam dixerat Nägelsb. ad Il. Observ. I, 86, p. 45: „Ita enim fit perspicuum", hic inquit „quo modo usurpari possit *μά* cum Accusativo, quod sc. *ὄμνυμι* est omissum, cf. praeterea Prellwitz, Et. Wörterb. i. v. *μά*, Brugmann, Kurze Vergl. Gramm. d. Indog. Spr. p. 622.

1) Iniuria Hartung El. 1239 coniecit legendum esse *μά* cf. Kaibel. Soph. Electra, Leipzig, Teubner 1896 ad locum.

El. 1063 codices habent: *οὐ μὰ τάν*. Cum Turnebo lego *οὐ τάν* cf. Kaibel o. l. ad locum.

2) Formula *μὰ τόν*, quam Schol, Plat. Gorg. 466, dicit *ἐλλειπτικῶς* a Graecis usurpatam esse (*εὐλαβείας χάριν*) apud tragicos poetas nullo loco legitur. Postea saepius adhibebatur.

Ausf. Gr. Gramm. I, 1, p. 297 dicit οὐ legi pro ὂυ μά, quod nemo, quod sciam, negat.

Aeschylus hanc particulam non usurpat, Euripides bis tantum habet sc. (Rhes.) [1]) 827; Ion. 870; Sophocles autem non minus quam quinque locis exhibet sc. Ant. 758; El. 1062, 1238 [2]); O. R. 660, 1086.

γ. De particula νή.

Particula, quae est νή postea a scriptoribus Atticis saepius usurpatur itaque iure suo Eustathius ad Il. I, 234 ed. Stallb. de hoc vocabulo dicit: Ὁ ποιητής . . . . . . τὴν δὲ τοῦ νῆ χρῆσιν μὴ ἔχων τότε ἐγνωσμένην τῷ ναί ἀντ' αὐτοῦ ἐχρήσατο . . . . . καὶ δίδωσιν ἐφορμὴν ἡμῖν ὑπονοεῖν ὡς ἔντευθεν ὕστερον τὸ νὴ ἐπίῤῥημα γέγονε.

Vis huius particulae [3]) eadem est atque particulae Latinae nê (nae) et sanscriticae na, nae; plerumque affirmative usurpatur. Kühner ait νή plerumque usurpari cum Accusativo nominis Iovis, Δία, quae formula apud tragicos poetas omnino non legitur, quamvis Iupiter saepissime apud eos quoque in iure iurando invocetur. Bis tantum invenitur cum Accusativo nominis sc. Eur. Cycl. 583: κάλλιστα νὴ τὰς χάριτας et in fragmento incerto Sophocli adscripto: [4]) νὴ τὼ Λαπέρσα, νὴ τὸν Εὐρώταν τρίτον
νὴ τοὺς ἐν Ἄργει καὶ κατὰ Σπάρτην θεούς.

In his versibus quoque vis est affirmativa [5]). Particula ναί saepius

---

1) Hanc fabulam non esse Euripideam verisimillimum est cf. P-W. col. 1264 sqq. Christ. Gr. Litt.[5] I, pp. 357.

2) cf. p. 12. A. 1.

3) cf. Kühner, o. l. II, 2, p. 147.

Prellwitz, Etym. Wörterb. i. v. ναί: ναί, fürwahr, ja, νή (νὴ Δία): lat. nē (nae) nae, traun, ja, nē hercle, nhd. na = νή, wie ja = ἦ . . . . Die beteuernde Partikel ist vom demonstrativen Pronominalstamm νε abgeleitet (eigl νο) cf. Personn. I. F. 2, 199 ff. 205.

Walde, Etym. Wörterb d. Lat. Spr. i. v. nē: ja, führwahr = gr. νή (zum Pron. St. ne, cf. enim, wie auch gr. ναί, welchem lat. nae entspricht) cf. auch nslav. na, da hast du es; bulg. na, sieh da.

4) fr. Soph. 871.

5) Particula ναί, cui Kühner-Gerth o. l. II p. 147 ostendit plerumque particulam μά in iure iurando addi, in tragoediis eo modo adhibita omnino non legitur. Etiam ναὶ μά raro invenitur; nonnumquam sane ius iurandum per hoc vocabulum confirmatur sc Iph. A. 1247; Hipp. 605, Med. 1277. Plus quam apud Atticos haec particula a Doribus usurpabatur, cuius usus Kühner complura affert exempla i. a. ναὶ τὼ σιώ, ναὶ τὸν Ἑρμᾶν cf. Eustath. ad Il. I, 234.

legitur e. g. Aesch. Pers. 740, 1072, non autem ad ius iurandum pertinet.

δ. De particula *πρός*.

Particula *πρός*, quam Kühner[1]) recte ait in iure iurando atque affirmationibus significare „angesichts, vor, bei" et ab oratoribus et a tragicis poetis saepissime usurpatur. Non modo in sententiis negativis, etiam in affirmativis legitur, coniuncta cum nominibus deorum, hominumque, per quos iuratur. Item cum rebus coniugitur in iuramento.

Mirum est apud Aeschylum nunquam[2]) hanc particulam legi, quamquam non est obliviscendum pauca tantum in eius tragoediis inveniri iuramenta.

Sophocles autem atque Euripides plurima huiusce formulas obtestationis exhibent. Plerumque omnes dii generatim ita invocantur.[3]) Formula *πρὸς θεῶν* apud Sophoclem quadragies sexies, apud Euripidem quinquagies semel invenitur. Quinquies tantum in alia formula a Sophocle adhibetur sc. Aiac. 492; *πρὸς ἐφεστίου Διός*; Phil. 468: *πρὸς πατρός, πρὸς μητρός*; 484: *πρὸς αὐτοῦ Ζηνὸς ἱκεσίου*; 1181: *πρὸς ἀραίου Διός*; Trach. 436, *πρὸς Διός*.

Praeterea, quando res invocantur Sophocles semper paene hac particula utitur; in duobus tantum eiusmodi formulis aliam habet formam sc. Trach. 1185: *ὄμνυ Διός νυν τοῦ με φύσαντος κάρα* et Phil. 1289: *ἀπώμοσ' ἁγνοῦ Ζηνὸς ὕψιστον σέβας*.

Apud Euripidem eodem modo fere adhibetur, cum in formula, quae est *πρὸς θεῶν*, tum in *πρὸς γονάτων, πρὸς γενείου*, aliis eiusmodi.

Ut apud oratores,[4]) etiam apud tragicos poetas iuris iurandi formula per hanc particulam *πρός* composita vulgo reperitur in sententiis imperativis vel interrogativis. Nonnullis locis — affero e. g. O. R. 1472: *οὐ δὴ κλύω που πρὸς θεῶν τοῖν μοι φίλοιν δακρυοόντοιν*, — sententia sane est affirmativa, vis interrogativa autem subauditur.

---

1) cf. Kühner o. l. II. p. 517.

2) Verba *πρὸς θεῶν*, quae leguntur Sept 202, 537; Suppl. 401, 1025; Eum. 414, Prom. 92 ad ius iurandum non pertinent.

3) Sintne vera iuramenta hae formulae post erit perpendendum.

4) cf. Kühnlein o. l. de hac particula p. 57 (cf. praeterea pgg. 3, sqq. 24, 38.)

C. De formis, in quibus adhibetur Vocativus, additis aut non additis particulis ὦ vel ἰώ.

Praeter has iurandi formulas, per particulas compositas, multae apud tragicos poetas leguntur, in quibus dii invocantur per vocativum nominis, saepius addita particula ὦ vel ἰώ. Meinhardt in opere suo, ante iam laudato, hisce formulis quoque operam navavit investigavitque omnes locos comicorum, Platonis, Xenophontis, Luciani, quibus ita iuratur.

Apud tragicos Graecos haec formula non saepe invenitur in iure iurando; in precationibus multo saepius. Precationes vero cum iuramentis tam arte cohaerent, ut nonnullis locis difficile sit diiudicare, utrum ius iurandum an preces statuendae sint. Tunc praecipue adhibetur, cum homines potius precantur quam iurant, cum deorum in se convertere cupiunt animos, eorum, auxilium temporibus gravissimis vitae invocant.

Saepe etiam, ut apud comicos [1]) admiratio per hanc iuramenti formulam tantum notatur, pauloque maioris eiusmodi iuramenta habenda sunt, quam merae interiectiones, de qua re post plura dicentur.

Vocativus nonnullis locis iteratur e. g Ag. 964: Ζεῦ, Ζεῦ, τέλειε; Choeph. 381, 854, quo magis preces affirmentur; particula tunc vulgo omittitur.

In longe plurimis eiusmodi obtestationibus Iovi supplicatur optimo maximo vel generatim omnes dei invocantur. Alii dei raro nomine vocati inveniuntur. Quando hae precationes iuramenta sint habendae, post accuratius perpendemus.

D. De formis, per Imperativum ἴστω compositas.

Alia iurandi formula ea est, in qua deus testis invocatur per Imperativum ἴστω, quam Aeschylus non habet, Sophocles et Euripides raro adhibent. Plerumque eiusmodi iuramenta sunt sollemniora, inest magna gravitas e. g. Antig. 184 Creo rex

1) cf. Meinhardt o. l. p. 6; Kühnlein o. l. p. 59.

iurans se urbi consulturum Iovem hoc modo obtestatur. Ita fit, ut Imperativo plerisque locis addatur alicuius dei nomen. Semel tantum res ita invocatur: Eur. Phoen. 1677. [1])

Reliquis omnibus locis deus est testis sc. Soph. Antig. 184; O. C. 521; Trach. 399; Eur. Alc. 439; Ion. 1478; Iph. T. 1077; Iph. A. 1414.

E. De aliis iuris iurandi formis.

a. *μαρτυρῶ* Restant aliae formae multae, quarum imprimis sunt laudandae eae, quibus aperte testis aliquis invocatur, merae contestationes. Quod quamquam aliis locis alio modo fit, plerumque formula invenitur: *μαρτυρῶ*, addito nomine dei, vel *καλῶ, καλοῦμαι μάρτυρας* . . . . addito nomine dei vel deorum. Praeterea *ξυμμαρτυρῶ*, paucis locis *ἐπιβοάομαι* invenitur.

b. *ἴδοι.* Nonnunquam deus testis invocatur per Optativum verbi, quod est *ὁράω* sc. *ἴδοι* e. g. Aesch. Suppl. 212: *Ζεὺς δὲ γεννέτωρ ἴδοι*; ius iurandum hoc loco statuendum esse ex eo apparet, quod Iove teste invocato iussa patris factum iri affirmatur. Neque Sophocles, neque Euripides hac formula utuntur.

c. *σύν . . . . . λέγω.* Alia forma est ea, qua quis verum se dicere affirmat per formulam: *σὺν θεῷ λέγω* e. g. (Rhes.) 468: *σὺν δ' Ἀδραστείᾳ λέγω.* Interdum *λέγω* omittitur e. g. Herc. f. 176: *σὺν μάρτυσιν θεοῖς δεῖ μ' ἀπαλλάξαι σέθεν.* Huic quoque formulae dei quaedam testatio inest.

Praeter formulas supra commemoratas sunt aliae complures, quas comprehendere certo genere difficillimum est, quibus tamen omnibus inest sive dei vel hominis contestatio sive viri iurantis ipsius exsecratio. Multae de his vera non sunt iuramenta, affirmationes tantum graviores e. g. si Creo Antig. 484 dicit:

ἦ νῦν ἐγὼ μὲν οὐκ ἀνήρ, αὕτη δ' ἀνήρ
εἰ ταῦτ' ἀνατὶ τῇδε κείσεται κράτη.

Praeterea saepius iuratur per exsecrationem, sive per se positam sive iuri iurando additam. Ita Creo O. R. 644, quae nuntiavit, confirmat seque ipsum defendit:

μή νυν ὀναίμην, ἀλλ' ἀραῖος, εἴ σέ τι
δέδρακ' ὀλοίμην, ὧν ἐπαιτιᾷ με δρᾶν.

1) *ἴστω σίδηρος ὅρκιόν τέ μοι ξίφος.*

Hoc genus iurandi, quod fit per imprecationem praesertim in tragoediis Euripideis invenitur. Post accuratius erit perpendendum, utrum re vera eiusmodi exsecrationes habendae sunt iuramenta, an quo modo cum ipso iure iurando cohaereant. Nunc de forma sola agitur.

Plerumque exsecratio fit per Optativi verbi, quod ist *ὄλλυμα.* vel primam vel tertiam personam *ὀλοίμην, ὄλοιο.* Nonnunquam *ἔρροι* legitur.

Nec tamen aliae formae desunt e. g. Hipp. 1191 ubi nuntius se ipsum exsecratur hisce verbis: *Ζεῦ, μηκέτ' εἴην εἰ κακὸς πέφυκ' ἀνήρ*, O. R. 944 ubi nuntius vera se dicere hoc modo affirmat: *εἰ μὴ λέγω ἀληθές, ἀξιῶ θανεῖν.*

De formulis per vocabula *ὅρκος* et *ὄμνυμι* compositas supra iam est dictum.

Videmus igitur apud tragicos poetas multas iuris iurandi formulas adhiberi. Si exceperis eas, quibus deus per vocativum nominis invocatur, quae plerumque precationes potius sunt habendae quam vera iuramenta, maximus earum fuit usus, quibus deus testis invocabatur per praepositionem *πρός* Genitivo additam. Non solum dei atque homines, saepe etiam res hoc modo testes invocantur neque id paucis locis. Apud oratores [1]) quoque saepissime haec iurandi formula usurpabatur eoque magis movet admirationem Aeschylum, id quod supra diximus, hac praepositione in iuramentis omnino non uti. Cuius rei causa fortasse est haec, quod Aeschylus sollemniora tantum iuramenta adhibere solet, formula laudata autem maxime est vulgaris saepiusque mera fere interiectio, signum admirationis vel doloris. Qua de re postea accuratius disputabitur.

Discrepantia inter formulas Sophocleas et Euripideas minima est. Ante iam demonstravimus praepositionem *μά*, quam Euripides pluribus locis habet, in versibus Sophocleis raro inveniri. Particulam *οὐ* contra Sophocles saepius usurpat. Haec de formis iuris iurandi.

---

1) cf. Ott. o. l. p. 52

II. Qui in iure iurando invocentur, quaeritur.

Primo huiusce commentationis capite postquam exposui, quibus apud tragicos Graecorum poetas ius iurandum contineatur formulis, secundo iam quaeritur quinam testes invocentur. [1]) Quos cum vel deos vel heroes vel homines vel animalia vel res esse manifestum sit, singillatim de hisce singulis videtur agendum. Cum vero de sola hic iuris iurandi forma agam, brevis sufficiat enumeratio.

A. De diis.

Primo quidem loco inquirendum est in deos, quinam invocentur. Dii enim, quippe quorum potestas in hominus sit maxima, inprimis sunt, per quos iuretur, quod ipse confirmat Homerus, cuius in carminibus praecipue dii sunt aeterni, qui testes advocantur [2]). Nec aliter tragici, conferas indicem quam addidi; facile concedes. Neque hoc mirum, cum ipsius iuris iurandi ratione postuletur [3]).

Sin quaerimus, quo modo in iure iurando dii invocentur, plerumque eos sive generatim afferri omnes sive nominatim invocari apparet.

Generatim si invocantur formula vulgo adhibetur *ὦ θεοί* vel *πρὸς θεῶν*, quod si quis indicem inspexerit, facile apparet.

Nomine si afferuntur variae formulae usurpantur, varioque modo nomina coniunguntur. Primo loco iuratur: [4])

---

1) cf. Ziebarth o. l. pp. 7 sqq., Ott, o. l. pp. 10 sqq., Meinhardt pp. 14 sqq., Ziebarth apud Pauly-Wissowa i. v. Eid.

2) cf. Ziebarth o. l. p. 7.

3) cf. Nägelsbach. Autenr. Hom. Theol.[3] 1884 p. 215: Was nun weiter die angerufenen Zeugen betrifft, so versteht sich von selbst, dasz dieselben mit Strafgewalt ausgerüstet gedacht und dem Schwörenden heilig sein müssen.

cf. praeterea partis II huius diputationis c. I.

4) e. g Eur. Hipp. 1169, ubi Theseus exclamat: *ὦ θεοὶ Ποσειδόν θ'* atque in ipso iuramento Suppl. 1174: *Ζεὺς δὲ ξυνίστωρ οἵ τ' ἐν οὐρανῷ θεοί.*

Per omnes deos simul atque unum deum, qui nominatim invocatur. Deinde per unum tantum deum [1]) denique per deos plures, qui omnes nomine afferuntur, [2]) quarum formularum postrema, ut apud oratores [3]) saepissime usurpatur.

Longe plurimis locis ubi deus testis affertur unus, invocatur is qui in omnium tragoediarum fere iuramentis primas agit partes, Iuppiter optimus maximus, Zeus ille, quem chorus Aeschyleus celebrat praeclaro carmine:

Ζεὺς ὅστις ποτ' ἐστίν, εἰ τόδ' αὐ-
τῷ φίλον κεκλημένῳ . . . .
οὐκ ἔχω προσεικάσαι
παντ' ἐπισταθμώμενος
πλὴν Διός. [4])

Eum cum in precibus, tum in ipsis iuramentis plerumque adeunt, is deus est, qui periurium puniat, iuramenta intueatur; cognomine vocabatur ὅρκιος ille praecipue, [5]) etiamsi aliis quoque diis idem nomen interdum tribuatur, [6]) ut Med. 208 Themidi. [7]) Iam Homerus ita eum nominat, [8]) quem tragici poetae, quamquam non saepe hoc cognomen apud eos legitur, secuti sunt.

Praeter Iovem saepius de diis superis testis affertur Helios, ὅς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει, [9]) πανόπτης qui alio loco [10]) dicitur vel ὁ πάντα λεύσσων, qua ex solis natura facile, cur per eum iu-

---

1) e. g Soph. Trach. 399 ἴστω μέγας Ζεύς.

2) e. g. Aesch. Ag. 1432 sqq.

3) cf. Meinhardt p. 67 sqq. qui eodem modo deos coniungi apud comicos etc., demonstrat.

4) cf. Aesch. Ag. 170 sqq. cf. Il. XXIII, 43

5) cf. Eur. Med. 169 ὅρκων θνητοῖς τάμιας; Hipp. 1025 νῦν δ' ὅρκιόν σοι Ζῆνα καὶ πέδον χθονὸς . . . . ὄμνυμι, Soph. Philoct. 1324.

6) Ζεύς Ὅρκιος cf. Preller-Robert. Gr. M. 1⁴ p. 151 et A. 1.

Dexler a. Roscher o. l. i. v. Horkioi Theoi; Gruppe o. l. p. 1116, A. 5 et praeterea Gruppe o. l. p. 1116. A. 4 Ζεύς Πίστιος.

Bruchmann, Epitheta deorum, quae apud poetas Graecos leguntur, Lipsiae Teubner 1893.

De Iove apud tragicos cf. Lohmann. De Iove Homeri et Sophoclis Berl. 1863; Klausen, Theologum. Aeschyl. Gruppe, o. l. p. 1100.

7) θεοκλυτεῖ δ' ἄδικα πυθοῦσα
τὰν Ζηνὸς ὁρκίαν Θέμιν . . . sqq.

8) cf. Il. VII, 411; XXIII, 42; XIX, 107, Od. XIX, 303.

9) cf. Od. XI, 109.

10) cf. Aesch. Prom. 91; fr. 186; Soph. O. C. 869; Trach. 101.

rare soleant, intellegitur.[1]) Accedit, quod antiquissimis temporibus summa religione colebatur, cuius cultus vestigia etiam historicorum fide contestata memoria remanserunt. Apud tragicos poetas autem huius precationis usitatae, de qua loquitur vir doctissimus Rapp,[2]) quod sciam, exempla non inveniuntur.

Etiam alii dii superi non omittuntur. Neque Apollo neque Minerva neque Demeter neque ceteri dii vel deae prorsus in tragoediarum iuramentis desunt, multo minus autem per eos iuratur, non saepe testes afferuntur, quod idem dicendum est de numinibus infernis, quibus praesertim exsecrationibus qui iurat, se devovet Attamen nimium mihi videtur dictum, quod Hirzel ait o l. p. 170: „Uberhaupt sind die Gottheiten der Unterwelt aus der Reihe der Schwurgötter zwar nicht ausgeschieden, aber erscheinen doch nur selten", Ag. enim 1433; Med. 395, 1059; Alc. 439 in ipso iure iurando, Sept. adv. Theb. 1046; Choeph. 305, 488; Eum. 515, 748, 847, 880; Soph. O. C. 1568, 1574; Eur. Hec. 68, 79; Or. 174, 1496; Hel. 969 in precationibus invocantur. Notandum denique est ipsum *Ὅρκον* deum nunquam invocari nec usquam commemorari in tragoedia, praeter O. C. 1767, *Διὸς Ὅρκος*, ubi autem deus non est ille infernus, de quo supra fuit sermo, sed Iovis *ὁρκίου* minister.[3])

Quod autem supra iam diximus, vulgo plures dii testes in iuramento invocabantur, quorum numerus minime constabat. Interdum duo, saepissime tres, aliquoties iam plures afferuntur.[4]) Per

---

1) cf. Rapp. a. Roscher, o. l. i. v. Helios, col. 2020: „Darum ist er (sc. Helios) ein immer gegenwärtiger Zeuge aller Handlungen, der Götter und Menschen, die er beaufsichtigt, wie ein Späher, *σκόπος*. cf. Hymn. in Cer. 62 *ὁ πάντ' ἐποπτεύων* . . . und wird als der wahrhaftige *πιστοφύλαξ* cf. Orph. hymn. 7, 17 und Wahrheitschaffende überall angerufen, wo es sich um Wahrheit handelt; so neben Zeus, Ge und den Erinyen beim feierlichen Eid, wobei ihm ein Eber geslachtet wird, Il. XIX, 197, 258; Apollon. A. 4, 1019, wie auch die Deutschen bei der Sonne schwuren (Grimm. Myth. p. 586) . . . . so wird er bei den Tragikern häufig als Zeuge des Frevels oder Unrechts angerufen cf. Aesch Prom. 91; Soph. Ai, 857; Eur. Med. 1252 sqq.

2) cf. Rapp, O. l. col. 2024.

3) cf. Reisig Enarr. ad 1758; Hirzel o. l. p. 145.

4) Ius iurandum per tres deos datum fuit *ὅρκος νόμιμος* vel *ἐγχώριος* cf. Ziebarth a. P.—W. Col. 2077. Iam Schol. Ven. idem observavit ad Il. XV, 36: *Διὰ τριῶν δὲ ἦν ἔθος ὀμνύναι, ὡς Δράκων ἔταξε Δία, Ποσειδῶνα, Ἀθηνᾶν, οἱ δέ Δία, Ποσειδῶνα, Δήμητραν, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ ἐπί Τιμοκράτους.* De hac consue-

deos tres Athenienses iurare solebant, quin et Draco et Solon dicuntur ius iurandum publicum per deos tres imperavisse. [1]) Mirum igitur, neque has iuramenti formulas, quas tragicorum tempore sane usurpatas esse S c h ö m a n n-L i p s i u s demonstraverunt [2]), legi, neque omnino iuramenta per tres deos iurata saepe apud tragicos poetas inveniri. Minime igitur e tragoediis derivari potest Atheniensium hunc morem fuisse. Tribus tantum locis tale ius iurandum invenitur sc. Sept. adv. Theb. 45 et apud Euripidem Med. 148. *Ζεύς, γᾶ καὶ Φῶς*; 764 *Ζεύς, Δίκη, Ἡλίου τε Φῶς.* [3])

Duo multo saepius testes invocantur e. g. Eur. Phoen. 1006; *μὰ τὸν μετ' ἄστρων Ζῆν' Ἄρη τε Φοίνιον*; Ion. 1529, *Νίκη* et *Ἀθηνᾶ*: Med. 169; Hipp. 1025; Soph. El. 1062.

Quod in nonnullis iuramentis factum esse, traditur, quattuor aut iam plures deos invocari, in tragoediis nusquam fit. Nullo loco dii plures afferuntur quam tres, et id raro, licet in vita cotidiana eiusmodi iuramenta minime essent rara. In iure iurando quoque puerorum *ἔφηβοι* qui dicebantur, dii nominabantur plures, [4]) et in foederibus permulti interdum invocabantur. [5])

---

tudine P o l l u x quoque loquitur VIII, 142: *τρεῖς θεοὺς ὀμνύναι κελεύει Σόλων ἱκέσιον, καθάρσιον, ἐξακεστήριον*, qui dii autem nihil aliud sunt quam cognomina unius Iovis *ὁρκίου* quibus indicetur, quo modo se hominibus ille ostendat.

cf. praeterea H i r z e l, p. 127 A.

1) De Dracone eiusque iuramento cf. P.—W. i. v. Draco; B u s o l t, Gr. Gesch. II² pp. 196—295 § 16; E d. M e y e r, Gesch. des Alt. II. p. 641; IV p. 577. Etiamsi fortasse ius iurandum non ab ipso Dracone sit mandatum, tamen esse formulam iurandi Atheniensium antiquissimam satis constat.

2) cf. S c h ö m a n n-L i p s i u s, Gr. Alterth. II³ p. 276.

3) Tres dii invocantur in iure iurando iudicum, H e l i a s t a e qui Athenis dicebantur cf. Hermann, Gottesdl. Alterth. § 20; Schömann-Lipsius o. l. p. 276, sc. Apollo, Demeter, Iuppiter cf. Pollux. VIII, 122; Schol. Aeschin. in Tim. 114. Antiquissima formula, qua dii tres afferuntur testes videtur ea, quae legitur in titulo anni 460 a. c. n. cf. C. I. A. I. 9, 113. Praesertim inde a saeculo sexto usque ad quartum omnibus Graecis in consuetudine fuisse per tres deos iurare Z i e b a r t h o. l. p. 18 demonstrat, cuius rei exempla affert plura Phocensium, Eretriensium, aliarum gentium. Postremum exemplum, nobis traditum, euismodi iuramenti est foedus ictum inter Athenienses et Corcyranos a. 375 cf. C. I. A. II, 496; Bullet de corresp. Hellen, XIII, 354.

4) cf. P o l l u x VIII, 105 et S t o b flor. XLIII, 48. Iniuria C o b e t reiecit formulam, nobis ibi traditam Nov. Lect. 223 cf. H o f m a n n. De iuris iurandi formulis 28. O e h l e r a. P.—W. i. v. *ἐφηβία* col. 2738; S c h ö m a n n-L i p s i u s I. 379,

5) cf. Z i e b a r t h a. P.—W. col. 2078 et L a s a u l x. Der Eid b. d. G. u.

Certis tamen legibus obstrictos esse qui iurarent, ita ut, qui dii cuique invocandi essent constaret, quod in vita cotidiana fieri solebat Atheniensium, e tragoedia omnino non apparet. [1])

In vita cotidiana e. g. Neptunus fuit deus, [2]) per quem vulgo senes iurabant aut iuvenes. In tragoedia autem de hac consuetudine nihil apparet. Deus enim hic raro invocatur. Sane in Cyclope Euripideo atque Hippolyto, cum in precibus, tum in iuramentis ipsis nomen eius auditur, certa vero illis locis est causa, cur afferatur: est pater Cyclopis itemque pater Thesei, cuius rogatu Hippolytum perdit. Praeterea, si in tragoediis Neptuni ut dei senum ratio haberetur, eum sine dubio chori saepius obtestarentur, quippe qui, ut in Agamemnone et in Oedipode tyranno, saepius e senibus sint compositi. Nusquam tamen eum precantur neque per nomen eius iurant; Iovem hi quoque obtestantur, [3]) ei supplicant, [4]) aut Apollo et Minerva advocantur.

In vita cotidiana Hercules [5]) *ἀλεξίκακος* saepissime advocabatur. Νὴ *τὸν* Ἡ*ρακλέα* fuit formula Athenis usitatissima iurandi, quae in tragoediis autem omnino non invenitur [6]). Si quem metus urgebat, Apollinem advocabat *ἀποτροπαῖον* [7]), aut alium deum [8]), ad Herculem se non convertit. Per eum neque iurant neque ei supplicant.

Ex quo tamen ne efficias sine ratione interdum certos deos invocari. Is, qui primas partes in dramate habet, vulgo per eum iurat deum, a quo inprimis adiuvari solet. Ita Hippolytus Artemin

---

R. p. 13. Imprimis tituli, in insula Creta reperti, eiusmodi formulas iuramenti servaverunt e. g. foedus Praesi et eorum, qui Σταλῖται dicebantur. cf. Mon. antich. VI, 302; Dittenb. Syll.[2] 427. cf. de hisce titulis Blass, Sammlung der Gr. Dial. inschr. III. B. 2, Hlfbd. 3 Heft: Die Kretischen Inschriften.

Quinque deos invocabant Locrenses Ozolae cf. Ziebarth a. P.—W. col. 2078.

1) cf. Ziebarth, o. l. p. 8.

2) cf. Ziebarth, o. l. p 10.

3) cf. O. R. 151.

4) cf. O. R. 154.

5) cf. Ziebarth, l. l.

6) cf. Ziebarth, o. l. p. 12.

7) cf. de hoc nomine Apollinis Gruppe o. l. p. 1237 atque Jessen, a. P.—W. A. 1, i. v. Ἀποτροπαῖος, qui laudat haec loca: C. I. G. 464, (cf. C. I. A. III, 175, 177) Demosth. XXI, 53; Aristoph. Vesp. 161; Av. 61; Plut. 359, 855.

8) cf. Eur. Or. 260. v. Wilamow. Eur. Heracl. II, 202.

saepius advocat, Orestes Apollinem, Medea deas infernas, quibus filios suos una cum Iasonis altera uxore devovit. Alii iurant per deum eum, qui tota celebratur tragoedia, alios poetae, Euripides praecipue, iurantes faciunt per eos deos, quos ipsi maxime venerantur e. g. per Iovem atque Terram. Saepe etiam hominum origine intellegitur, cur deum quendam obtestentur, ut in Soph. Aiace, ubi chorus Salaminiorum Pana, insulae suae tutorem saepius invocat, quae tamen omnia inquirere longum est, neque necesse habeo.

Ne plura consecter, comprendam brevi. Vidimus, quamquam iuris iurandi formulae apud tragicos poetas et oratores magnam partem congruunt, tamen esse discrepantiam. Quod quidem in vita cotidiana fieret, ubi certa genera hominum certos deos certo tempore invocare solebant, in tragoedia non apparet, ubi multae aliae rationes efficiunt, ut deus alius invocaretur, alius contra omitteretur, velut fabulae argumentum, hominum origo, forma fortasse carminis, etc. Praeterea non est obliviscendum homines in tragoediis non omnes esse privatos, saepe publice quadam ex parte agunt. Qui igitur quoque tempore deus sit invocandus statui non potest saepiusque difficillimum est, cur deus quidam advocetur, reperire.

Quod in vita cotidiana praeterea fiebat sc. iurare per deos tres tragicorum temporibus consuetudinem esse, quamvis aliis e fontibus satis constet [1]), e tragoediis non apparet. Paucis enim locis ita iuratur. De formulis iurandi publicis quoque, Solonis aut Draconis quae dicuntur, nullo loco est sermo.

Quod ad ipsos deos attinet, plerumque Iovem obtestantur, quamquam alii dii quoque, cum superi, tum inferni invocantur.

B. De hominibus [2]).

Adhibentur autem non solum dei in iure iurando testes, aliquoties homines in tragicis carminibus, ab iis qui iurant invocantur. Postea accuratius inquiremus in huiusce modi formulas, an iuramenta

1) cf. Ziebarth, l. l.

2) Heroes, quamvis in vita cotidiana eos saepissime invocari apparet ex multis aliis scriptoribus, apud tragicos poetas in iure iurando nusquam invocantur. De iis cf. p. 22 et praeterea Roscher o. l. s. v. Heros, col. 2502 sqq. De heroibus in iuramentis invocatis apud comicos cf. Meinhardt o. l. p. 38.

quae vere dicuntur, sint habenda. Hic tantum rogatur: *Invocantur homines* et *qualibus in formulis*? [1]) Varia carmina percurramus.

Apud Aeschylum non leguntur. Apud Sophoclem duobus tantum locis: Aiac. 416, Aias verba sua confirmans τοῦτο, inquit, τις φρονῶν ἴστω, omnes homines ratione praeditos igitur testans, se mortem obiturum, quae sententia, ius iurandum quamquam non continet, quod ad formam pertinet huic est simillima. Multo propius iuri iurando accedunt verba, quae leguntur [2]) Philoct. 468, ubi exul Neoptolemum per patrem atque matrem obsecratur, ne se in insula relinquat.

In *carminibus Euripideis* similes formulae leguntur tres. Cum verbis Aiacis conferendum est, quod legitur in fragmento Alcmenae Euripideae: ἴστω τ' ἄφρων ὢν ὅστις ἄνθρωπος γεγὼς δῆμον κολούει χρήμασιν γαυρούμενος [3]), aut ubi Troad. 955, Helena testes advocans,

μάρτυρες, inquit, δέ μοι

πύργων πυλωροὶ κἀπὸ τειχέων σκόποι etc. Haec enim, ut ea affirmationem continent, quae isdem verbis atque ius iurandum includitur. Similes precibus Philoctetis sunt eae, quas Admetus effundit Alc. 275: μή πρός σε θεῶν τλῇς με προδοῦναι, μὴ πρὸς παίδων οὓς ὀρφανιεῖς.

Praeterea Iph. A. 473 Achilles iurat per patrem suum Pelopa. Alia iuramenta per homines data vel formulae, iuri iurando simillimae non inveniuntur, qua in re tamen non est obliviscendum sermonem tragicorum esse grandem. A multis dictis in ore civium versantibus, quae comici plurimis locis usurpant [4]), vitae cotidianae quippe sermonem imitantes, abhorrent, non apta sunt haec tragoediis. Nec mirum igitur in hisce carminibus gravioribus, pietate erga deos imbutis, non saepe homines testes iuramentorum invocari. Sanctius ius iurandum erat, quam ut adeo in scaena publica depravaretur. De hac re autem post plura.

Isdem verbis homines invocari atque deos locis laudatis apparuit.

---

1) Multas chororum exclamationes omittimus, quia minime iurare in animo habent.

2) Soph. Philoct. 468 πρός νύν σε πατρὸς πρός τε μητρός, ὦ τέκνον

. . . .

ἱκέτης ἱκνοῦμαι, μὴ λίπῃς μ' οὕτω μόνον.

3) cf. Nauck. Trag. Gr. Fragm. 92.

4) cf. Ivo Bruns o. l. p. 19, Mirum est virum doctissimum Meinhardt iuramenta per homines data non referre. Iuramenta, in quibus res appellantur sane habet cf. o. l. p. 65.

C. De rebus [1]).

Multo pluribus locis apud tragicos formulae leguntur, in quibus res quaedam appellatur [2]), vulgo addita praepositione *πρός*, licet aliae non desint [3]).

Operae pretium est annotare *Aeschylum* tales iuramenti formulas per res dati neque in fabulis relictis neque in fragmentis exhibere uno loco excepto: Sept. adv. Theb. 516, ubi nuntius

> *ὄμνυσι* (Parthenopaeus sc.), inquit, *δ' αἰχμὴν ἣν ἔχει μᾶλλον θεοῦ*
> *σέβειν πεποιθὼς ὀμμάτων θ' ὑπέρτερον*
> *ἦ μὴν λαπάξειν ἄστυ Καδμείων βίᾳ* sqq.

qui locus postea accuratius erit tractandus.

Nec in carminibus *Sophocleis* multa inveniuntur, plura autem apud Euripidem.

Inter res invocatas inprimis sunt memorandae partes corporis velut caput, dextra, mentum, genua, praesertim in precibus deorum obtestatione confirmatis. Deinde eae, quae cum religione deorum quadam ex parte sint connexae: templa, arae, Olympus, focus, fluvii, fontes. Denique aliae, quae varias ob causas appellantur velut gladius, hasta.

---

1) De iuramentis *per animalia* datis, de quibus permultum iam scriptum est, nihil supra dixi, quia apud tragicos non inveniuntur uno tantum loco excepto sc. Eur. Cycl. 262, ubi Seilenos non solum invocat testem Neptunum, verum etiam deos alios marinos cumque iis *ἱερὰ κύματα ἰχθύων τε πᾶν γένος*. Satis apparet non velut animalia ea invocari sed tanquam deos. cf. de iis Nägelsb. Nachh. Theol. p. 469; Lasaulx Der Eid p. 27; Meinhardt o l. p. 72 sqq., qui singulos locos affert et copiosius de iis disputat; Stengel. Die Gr. Kultusalterth. p. 78 (Iwan Müller Handb. d. kl. Alt.wschft. V, 3); Schöm-Lips, Gr. Alterth. p. 277. Iam Rhadamanthys tali iure iurando usus esse dicitur (cf. Hirzel pp. 100 etc.). Simile quid de Euripide narratur cf. Parömiogr. Gr. I p. 1413. quamquam ipsi antiqui nihil certi dixisse videntur cf. Hirzel, l. l. Fere omnes auctores consentiunt cum Lipsio l. l. dicente: „Sie waren ..... ein Beweis der Achtung vor den Göttern und werden als solcher von allen Verständigen angesehen".

Minime est mirum in tragicorum gravi, grandi sermone talia iuramenta non inveniri, ubi iuramentorum usus insolens raro invenitur.

2) cf. Index.

3) cf. El. 881; Philoct. 1289; (Rhes.) 827; Phoen. 1677.

Quas si accuratius perpendimus apparet in carminibus Sophocleis fere omnes cum religione deorum cohaerere. Ipsos locos breviter perpendamus.

El. 881 Chrysothemis iurat *μὰ τὴν πατρῴαν ἑστίαν*, in quo iuramento de foco solo nemo, de deo cuius ara est focus, vel de Iove, cuius cognomen *ἑρκεῖος* satis indicat eum foci esse tutorem unusquisque cogitabit. Paternum focum appellat, „da", ut recte Kaibel [1]) observat „der Herd des väterlichen Hauses ihnen beiden, sowie dem Orest gleich heilig ist, der Mittelpunkt ihrer gemeinsamen Interessen", quod epitheto quod est *πατρῴαν* iam affirmari videtur [2]). Ibi sive Vestae sive Iovi sacrificari solebant.

Trach. 1185 Hercules Hyllum filium iubet : *ὄμνυ Διός νυν τοῦ με φύσαντος κάρα.* Id nihil esse quam ius iurandum per ipsum Iovem unusquisque facile concedet. Per caput iuratur, quia est pars corporis maximi momenti. Ita per Iovis caput iurare Hermes Apollinem iubet Hymn. in Merc. 274 : *εἰ δ' ἐθέλεις πατρὸς κεφαλὴν μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι.* [3]).

Philoct. 1289 Neoptolemus affirmat : *ἀπώμοσ' ἁγνοῦ Ζηνός ὑψίστου σέβας*, ubi item revera non est *σέβας* Iovis quod invocatur, sed ipse deus [4]). Eadem ratione interpretandum esse El. 1063 *ἀλλ' οὐ τὰν Διὸς ἀστραπάν* nec proxima verba non indicant : *καὶ τὴν οὐρανίαν Θέμιν.*

Antig. 758 et *Oed. R.* 1087 iuratur per Olympum, qui mons ea de causa solum nominatur, quia sedes est deorum. Olympum igitur obtestans quis deos invocat in eo habitantes. [5]).

Omnes igitur res, quae vel in iuramentis vel precibus laudatis

---

1) Kaibel, Electra p. 208.

2) Iam Homerus ius iurandum habet per Hestiam datum cf. Od. XIV, 159; XVII, 155; XIX, 303; P-W. col. 1647. Aiac. 492 Tecmessa maritum πρὸς ἐφεστίυ Διός obsecratur, ne sibi ipse mortem consciscat. Saepius Iuppiter et Hestia coniunguntur cf. Gruppe de cognominibus Iovis : Ἑρκεῖος, Κτήσιος, Μεσέρκιος, Πατρῷος o. l. pp. 1115 et 1405, 2, ubi : „Nicht überall freilich, inquit, wo es einen Staatsherd gab, ward dieser auch personifiziert, oft wurden dort Zeus Herkeios oder Hestiuchos, Ktesios, Teleios und andere Götter verehrt". cf. praeterea Roscher o. l. coll. 2605, 2611, Meinhardt, o. l. p. 61. Videtur praecipue plebs per Hestiam iuravisse cf. Roscher o. l. col 2623.

3) cf. Il. XV, 36. Plura huius iuramenti exempla Lasaulx o. l. p. 8. A 29, exhibet et Hirzel o. l. p. 33. 2.

4) cf. p. 48 ad hunc versum.

5) cf. Roscher i. v. col. 853.

vocantur cum diis sunt connexae, siquidem omittimus fragmentum incertum, quod nonnulli Sophocli adscribunt [1]).

Dubitandum non videtur, quin certa sit causa cur alias res in iure iurando Sophocles fere non adhibuerit, cum alii scriptores multo plures aliasque habeant: Quae sit haec causa hoc loco non est investigandum. Item iam inquirendum erit, qua de re formulas velut *πρός γενείου* evitare videatur poeta.

Iam venimus ad *Euripidem*. Singula hic afferre iuramenta necesse non est, cum multae res invocatae eiusdem sint generis, quo fit ut cuiusque generis exemplum sufficiat.

Ut apud Sophoclem testatio fit rerum, quae ad religionem pertineant. Sic (Rhes.) 827 vigiles per *Σιμοεντιάδας πηγάς* affirmant, se non dormisse; Ion. 870 sedes stellata Iovis invocatur; fr. 487 aether divinus. Praeterea invocantur in precibus obtestatione confirmatis mentum aliaeque corporis partes. Identidem verba *πρὸς σε γενειάδος ἄντομαι* aliasque formulas legimus [2]) quas omnes hic referre longum est. Praesertim quod eas in indice quem huic libello addidi, legi licet. Unde talis formula sit orta, postea inquiremus.

Denique iuratur in carminibus Euripideis per alias res velut gladium, hastam etc. [3])

Magna discrepantia igitur inter res apud Sophoclem atque Euripidem invocatas non est. Multo plures autem formulae velut *πρός γενείου* leguntur in carminibus Euripideis.

---

1) cf. fr. 136 *μὰ τὴν ἐκείνου δειλίαν, ᾗ βόσκεται.*

2) cf. Hik. 276; Iph. T. 1068 ubi plures corporis partes laudantur:

. . . . *ἀλλὰ πρός σε δεξιᾶς*
σὲ καὶ σ' ἱκνοῦμαι, σὲ δὲ φίλης παρήιδος
γονάτων τε καὶ τῶν ἐν δόμοισι φιλτάτων sqq.

3) cf. Phoen. 1677 *ἴστω σίδηρος ὅρκιόν τέ μοι ξίφος*, cui versui Schol. adscripsit: *γινωσκέτω τὸ ξίφος ὅρκος γάρ μοι τὸ ξίφος αὐτό* cf Eur. Wecklein-Klotz, Phoen[9]. 167. Ut reges per sceptrum (cf. Arist. Polit. III, 10: *ὁ δ' ὅρκος ἦν* (sc. regum) *τοῦ σκήπτρου ἐπανάτασις*), ita milites per gladium iurare solebant, de qua consuetudine cf. Sittl. o. l. p. 139.

III. Quae sint caeremoniae in iure iurando adhibitae.

Iam huius capitis initio, antequam ipsas caeremonias investigare incipimus statuendum est, quae sint caeremoniae relatae. Sintne caeremoniae aetatis priscae, Oedipodis vel Aiacis, temporum igitur, de quibus in carminibus fit sermo an aetatis, qua vixerunt ipsi poetae? Non dubium videtur, quin Aeschylus ceterique tragici poetae ritus suae descripserint ipsorum aetatis, ne dicam suae civitatis. De antiquis temporibus eos praeterea perpauca novisse verisimillimum est, quin nonnulla carmina mores deorum vel heroum referunt velut Prometheus ille Aeschyleus [1].

Praeterea iam nunc conicere licet scriptores, in quos inquirimus, fontem aptissimum non esse, ex quo cognoscantur caeremoniae ad ius iurandum usitatae. Agitur enim in tragoedia. *Δρώντων καὶ οὐ δὶ ἀπαγγελίας* [2]) fieri actum dicit Aristoteles. Inducuntur in scaenam histriones agentes, auditur tantum, quod loquuntur, omnia alia spectatores vident.

Ita, si in scaena iuratum est, nos verba tantum iuris iurandi habemus; quid praeterea fecerint iurantes, quas caeremonias addiderint non audimus, non est descriptum. Verbis haec significare opus omnino vix fuit. Quin etiam indicia, quae ad ipsum actum pertinent, *παρεπιγραφαί* quae dicuntur, quas ubique in fabulis nostrae aetatis legimus, in codicibus nostris fere omnes desunt [3]. Duae tantum restant [4].

---

1) cf. de eius modi quaestione apud Vergilium Gruppe o. l. p. 5.

2) cf. Aristot. Poet. p. 1449. b. 24

3) cf. Oehmichen, Das Bühnenwesen der Gr. und Römer. (Handb. der kl. Alt. Wissensch. Iwan Müller V, 3 B pp. 185, 190.

4) cf. v. Wilamowitz-Möllendorff, Einleitung in die Gr. Tragödie. Weidmann. 1907 p. 124 sqq. Ipsi Grammatici Graeci raro haec indicia in carminibus tragicis legisse videntur cf. Blass, Aesch. Eum. p. 84.

Caeremoniae [1]), de quibus in tragoediis est sermo, vulgo a nuntiis aut ab aliis earum mentionem facientibus referuntur; saepius ex horum sermonibus sunt coniciendae. Raro enim ipsa, quae facta sunt, narrant. Praeterea nonnunquam ex ipsis iuramenti verbis coniectura est suspicandum, quid ii qui iurabant, fecerint.

Iam primum ius iurandum, quod in Aeschyli editione Weckleinia occurrit, fabulae sc., quae inscribitur *Ἕπτα ἐπὶ Θήβας*, 43 vera esse, quae supra dixerimus, demonstrat. Poeta cum exponere cupiat, quid agatur, de qua re sit sermo, quae res in fabula sua tractentur, quibus temporibus fiant, non statim ipsas fabulae personas inducit, sed nuntium, regi Eteocli qui narret foedus esse ictum a septem hostium ducibus, quos iurasse se Thebas diruturos refert. Quod quibus caeremoniis factum esset, cum ne spectatores quidem videre possent, narratione erat opus, quae vs. 42 sequitur:

ἄνδρες γὰρ ἑπτά, θούριοι λοχαγέται
ταυροσφαγοῦντες ἐς μελάνδετον σάκος
καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου [2])
Ἄρη τ' Ἐνυὼ καὶ φιλαίματον Φόβον
ὡρκωμότησαν . . . .

Audimus igitur taurum mactatum, sanguinem victimae clypeo exceptum esse, quem deinde unusquisque principum manu attingens, per deos laudatos iurat.

Apud tragicos poetas hic locus est unus, quo de tali re agitur. Attamen alii scriptores varia eiusdem vel eiusmodi caeremoniae exempla afferunt. Xenophon enim Anab. II, 29 idem fere narrat: *ταῦτα δ' ὤμοσαν σφάξαντες κάπρον καὶ ταῦρον καὶ λύκον καὶ κρίον εἰς ἀσπίδα, βάπτοντες οἱ μέν Ἕλληνες ξίφος, οἱ δὲ βάρβαροι λόγχην.* Aliis quoque locis taurum vel aliam bestiam mactari traditur, non autem deinde sanguis excipitur, sed in partes victima dissecatur, quas super is, qui iuraret, insistit. [3]) Herodotus IV, 70 talem morem se apud

---

1) cf. Schömann-Lipsius, Griechische Alterthümer II. 1902. pp. 278, 253 sqq. Stengel, Gr. Kultusalterthümer 1898. (Iwan Müller Handb. d. kl. Alt Wschft. V. 3) pp. 86 sqq; 121 sqq.

2) *φόνος* h. l. *cruorem* significat cf. Il. XXIV, 610 *ἐν φόνῳ κεῖσθαι*; quocum loco conferenda sunt Il. X. 298; Od. XXII, 376. Pind. Isthm. VIII, 109 ed. Christ. 1899: *ῥαίνων μέλανι φόνῳ πέδιον.*

3) Complura huius consuetudinis exempla invenies Paus. III, 20, 9; IV, 15, 8; Aeschin. *Παραπρ.* 87 (*τέμνοντες τὰ τόμια* (*τόμια* frusta sint victimae) *τοὺς νικῶντας τῇ ψήφῳ ἐξορκίζεσθαι*); Dion. Halic. Antiq. Rom. V a A: *ὅρκια τέμνοντες αὐτόι τε πρῶτοι στάντες ἐπὶ τῶν τομίων ὤμοσαν.* cf. Sittl. o. l. p. 143 atque Schöm. Lips. O. l. II, 254 A, 3.

Scythas vidisse narrat, eos sc. sanguinem victimarum cum suo sanguine commiscere, deinde pugiones vel gladios intingentes iurare, denique sanguinem mixtum bibere. Quid vero significaret haec caeremonia, omnino non dicit; nimirum lippis et tonsoribus notum esse putabat; etenim miris rebus explicationem addere solet. [1])

Sacra ad ius iurandum addere in more fuisse Graecis praeterea indicat formula *ὅρκια τέμνειν*, quae quamquam a tragicis poetis non usurpatur, saepius pro „iurare" usurpatur. [2])

Ex omnibus hisce locis apparet, quod ipsum loco laudato fit, eum, qui iuraret, sive manu sive alio modo victimam tangere. Quare id fieret, dubium esse non potest. Ita se obligabat ius iurandum servare poenasque deorum sibi neglegenti promissa vel peieranti invocabat. [3]) Victimam tangens particeps fiebat sacrificationis: „So glaubt, inquit Gruppe [4]), der Opferer in eine geheimnisvolle Berührung mit der Gottheit zu geraten".

Alia caeremonia refertur Aiacis versu 1171, ubi Teucer Eurysaco, capillos Teucri, Tecmessae, suosque ipsius gerenti imperat, ut patrem manu teneat. Deinde sic pergit:

. . . . εἰ δέ τις στρατοῦ
βίᾳ σ'ἀποσπάσειε τοῦδε τοῦ νεκροῦ
κακὸς κακῶς ἄθαπτος ἔκπεσοι χθονὸς
γένους ἅπαντος ῥίζαν ἐξημημένος
αὕτως ὅπωσπερ τόνδ' ἐγὼ τέμνω πλόκον.

Capilli, quos Teucer desecat signum sunt mortis, quae ei imminet, qui Aiacis corpus violare audeat filiumque eius abripere. Etenim in sanguine et in capillis antiqui sedem esse vitae putabant. [5]) Item Il. III. 273 Agamemnon, pugna Alexandri Mene-

---

1) Alia exempla affert Stengel o. l. p. 122.

2) cf. Hermann Gottesdl. Alterth. § 22. 11 qui affert exempla: Schol. ad. Il. XIX, 197; Dem. in Arist. 68.

3) De significatione huius caeremoniae cf. Schöm-Lips. o. l. p. 254. Gruppe o. l. p. 728 iam aliam refert caeremoniam, in qua ara sanguine victimae oblinebatur, quod autem aliud quid significare demonstrat, quamquam etiam haec facientes, qui sacra facerent, animam hostiae in sanguine esse suspicabantur.

4) cf. Gruppe. o. l. p. 729.

5) Permulta de capillis Gruppe o. l. disputat. Man glaubte, inquit p. 728, dasz die Seele des Opfertieres in seinem Blute oder in *den Haaren* wohne (cf. Pythag. a. Diog. Laert. 8_{30}; Emped. Fr. 372. M.). Wilken, Revue coloniale internation. IV, 1887, 374), und bestrich daher den Altar mit Blut oder schnitt dem Opferthier die Haarlocke ab. (cf. Il. XIX. 254, Od. III.

laique instante aliquot pilos de capitibus arietum, quos immolaturus erat, desecuisse traditur, quos ἔπειτα κήρυκες Τρώων καὶ Ἀχαιῶν νεῖμαν ἀρίστοις. Qui pilos acceperat, particeps erat sacrificii [1]: erant ei capilli, quod Eusthatius huic versui adscripsit, σύμβολον τοῦ εἰς κεφαλὴν τραπήσεσθαι τὰ κακὰ τοῖς ἐπιορκήσουσι. Pilos capessere fere idem igitur significabat atque in victimas insistere aut sanguinem manu tingere.

Iam distinctior Il. 299 caeremoniarum harum fit significatio. Argivi et Troes vinum fundentes ὁππότεροι, inquiunt, πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια πημήνειαν ὧδέ σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι ὡς ὅδε οἶνος sqq.

Liquidissima autem sunt verba Molottorum, quae Hermann affert [2]: οἱ γὰρ Μολοττοὶ, ἐπειδὰν ὅρκια ποιῶνται βοῦς παραστησάμενοι καὶ κώθωνας οἴνου πλήρεις τὸν μὲν βοῦν κατακόπτοντες εἰς μικρὰ, ἐπαρῶνται τοῖς παραβησομένοις οὕτως κατακοπῆναι. τοὺς δὲ κώθωνας ἐκχέοντες οὕτως ἐκχυθῆναι τὸ αἷμα τῶν παραβησομένων, [3]).

Praeter locum supra laudatum tribus tantum locis apud tragicos poetas ius iurandum invenitur cum sacris coniunctum. sc.: Phoen. 1240 ubi libatione sacrificatur [4]), Hiket. 1196, quo loco Minerva pugnam dirimens sollemne ius iurandum imperat. Postquam monuit, quo modo sit iurandum vs. 1196 ita pergit:

ἐν ᾧ δὲ τέμνειν σφάγια χρή σ' ἄκουέ μου.

Hostia igitur mactata ius iurandum est confirmatum. Idem narrantur Iph. A. 58 proci Helenae fecisse. [5])

446, XIV. 422) cf. de animo in capillis sedente praeterea Gruppe o. l. pp. 187, 882 [2,3]. Qui capillos sacrificavisset, se ipsum dederat deo cf. Gruppe o. l. pp. 192 A. 1; 422; 499, A 6; 597, 6; 702, 3; 913 (Die Haarweihe vertritt eine Selbstopferung. Im Haar vermutete man das Leben): 916, A 5; 971; 1070; 1271

1) cf. Schöm-Lips. II. p 246: Bei einigen Opfern, namentlich solchen, die zur Weihung irgend einer gemeinschaftlichen Verpflichtung dienen sollten, faszten sämmtliche Theilnehmer das Opferthier an. (Aeschin. παραπρ. 84)

2) cf. Diogenian. Prov. III. 60 (Cod. Coisl.).

3) Conferenda est consuetudo Romanorum, qui lapidem manu tenentes iurare solebant per Iovem. Lapidem proicientes loquebantur haec verba: Si sciens fallo, tum me Diespiter salva urbe arceque bonis eiciat, ut ego hunc lapidem cf. *Danz*. Der sacrale Schutz im Röm. Rechtsverkehr p. 14. cf. praeterea Liv. I. 24.

4) Phoen. 1240: ἐπὶ τοῖσδε δ' ἐσπείσαντο κἀν μεταιχμίοις
ὅρκους συνῆψαν ἐμμενεῖν στρατηλάται.

5) Iph. A. 58 ὅρκους συνάψαι δεξιάς τε συμβαλεῖν
. . . . ἀλλήλοισι καὶ δι' ἐμπύρων

Vix opus est dicere non in omnibus iuramentis, sed in sollemni solo victimas immolari dirasque exsecrationes addi. Sacrum simplicissimum eaque de re saepissime ab iis, qui iurabant, usitata erat libatio, quin tam saepe haec iuramento adiungebatur, ut ἔνσπονδος καὶ ἔνορκος pluribus locis coniuncta legantur [1]) virum indicantia qui libatione ius iurandum affirmaverit.

Unde sequitur ut publice si iurabatur, semper fere sacra adderentur. Aliquoties iuramenti verba incidebantur in aes, quod Hik. 1202 satis apparet, semper ea quodammodo servata esse consentaneum est. Homines privati tunc tantum ita iurabant, quando sollemni iure iurando erat opus, gravissimis igitur temporibus. Praeter haec sacra compluribus locis caeremoniae minus sollemnes commemorantur. Imprimis dextram in iurando dari apparet, signum quod semper fuit fidei etiam nostris temporibus [2]). Quanti dextra data haberetur tragicorum carminum multis locis legitur, quin aliquoties, si quis alteri dextram porrexisset, ius iurandum ducebatur cf. Oed. Col. 1632 ubi ὦ φίλον κάρα, inquit Oedipus,

δός μοι χερὸς σῆς πίστιν ἀρχαίαν τέκνοις
ὑμεῖς τε, παῖδες, τῷδε· καὶ καταίνεσον
μήποτε προδώσειν τάσδ' ἑκὼν . . . . . .

ad quae verba nuntii vs. 1636 spectant:

ὃδ' ὡς ἀνὴρ γενναῖος οὐκ οἴκτου μετα
κατήνεσεν τάδ' ὅρκιος δράσειν ξένῳ.

Nuntius igitur διδόναι χερὸς πίστιν eiusdem pretii habet atque ὅρκιος καταινεῖν τι i. e. iure iurando confirmare. Idem Philoctetes putat: ius iurandum non exigit, Neoptolemo imperat tantum: ἔμβαλλε χειρὸς πίστιν [3]), cui ille respondet: ἐμβάλλω μενεῖν, manum sine dubio porrigens. Nullo loco de iure iurando Neoptolemi

---

σπονδὰς καθεῖναι κἀπαράσασθαι τάδε . . . .

Quid sacrificatum sit, non dicitur. Veri simile est eos quoque sive taurum sive aprum, sive hircum mactavisse cf. Stengel o. l. p. 123.

1) cf. Stengel o. l. p. 123. Gewöhnlich genügt das σπονδὰς ποιεῖσθαι. Dieses ist aber unerlässlich, ἔνσπονδον καὶ ἔνορκον ist ein technischer ausdruck geworden (cf. C. I. G. 2554. 2555), ja man sagt sogar σπονδὰς τέμνειν (Eur. Hel. 1234. Diels Sib. Bl. 72).

De ipsa libatione deque vino in ea usitata cf. Schöm-Lips. p. 235 et Stengel, Hermes XVII. 330.

2) cf. Romanorum illud: dextram fidemque dare.

3) cf. Soph. Philoct. 811.

sermo est [1]). Nihilominus Philoctetes vs. 941 [2]) ait filium Achillis iuravisse, id quod vss. 1367 et 1398 affirmat.

Praeterea Trachiniarum vs. 1181 apparet in iure iurando saepe dextram alteri porrigi: Hercules a filio Hyllo postulans, ut corpus suum post mortem comburat: *Ἔμβαλλε*, inquit, *χεῖρα δεξιάν πρώτιστά μοι.* Tum Hyllo tergiversante (*ὡς πρὸς τί πίστιν τήνδ' ἄγαν ἐπιστρέφεις*), iratus instat: *οὐ θᾶσσον οἴσεις μηδ' ἀπιστήσεις ἐμοί;* Quo fit ut filius patri morigeretur manumque porrigat: *ἰδού προτείνω κοὐδὲν ἀντειρήσεται.* Sequitur ipsum iuramentum.

Ita Medea mariti Iasonis in memoriam revocat non solum iuramenta, verum etiam dextram datam, cuius *πίστιν* esse *μεγίστην* dicit [3]). Apparet dextram dare ad iurandi vim nonnunquam proxime accedere.

Cum vero dextrae datae tanti haberentur [4]) nihil mirum est postea per hoc fidei signum iurari [5]). Si quis dextram alterius prehendisset hac sola re quodammodo in eius fide erat. Eadem de causa genua aut mentum saepe attingebantur cf. Hec. vs. 342 sqq. ubi Polyxene animadvertere se ait Ulixem tegere dextram veste, ne attingatur et faciem avertere, ne mentum apprehendatur. Inprimis genua amplecti solebant supplices, qua de re una cum mento saepius commemorantur, praecipue in precibus [6]).

Aliae iuris iurandi caeremoniae ritusve a tragicis poetis commemorantur nullae; multas in scaena additas esse coniicere licet histrionum gestibus, quamquam verbis non erant notatae: dextrae sublatae, stricti gladii, altaria tacta [7]). Ut afferam exemplum: Creo cum Phoen. 1677 iurat: *ἴστω σίδηρος ὅρκιόν τέ μοι ξίφος* fortasse gladium stringens ac tollens, aut certe capulum prehendens inductus est. Spectatores videbant, verbis poetae opus non erat.

---

1) Philoct. 526 nihil aliud respondet, quam: *ἀλλ' εἰ δοκεῖ πλέωμεν, ὁρμάσθω ταχὺς χἠ ναῦς γὰρ ἄξει κοὐκ ἀπαρνηθήσεται.*

2) Philoct. 941: *ὀμόσας ἀπάξειν οἴκαδ' ἐς Τροίαν μ' ἄγει·*
προσθείς τε χεῖρα δεξιάν τὰ τόξα μου
ἱερὰ λαβὼν τοῦ Ζηνὸς Ἡρακλέους ἔχει.

3) Med. 21: *Βοᾷ μὲν ὅρκους ἀνακαλεῖ δὲ δεξιᾶς*
πίστιν μεγίστην καὶ θεοὺς μαρτύρεται.

4) cf. Hipp. 325, 335. cf Sittl. o. l. p. 135.

5) Hipp. e.g. 605.

6) cf. Eur. Med. 709; Phoen. 923; Androm. 574; Herc. fur. 1207.

7) cf. Sittl. o. l. pp. 140 sqq.

Sed haec hactenus. Unum est quod addam de modo sc. quo ius iurandum exigeretur et daretur. Liquide id apparet Iph. T. 735 sqq. ubi ius iurandum narratur, quod Iphigenia Pyladi imperat: *Δώσεις*, inquit, *λέγειν χρὴ, τήνδε τοῖσι σοῖς φίλοις*, ad quae Pylades respondet *τοῖς σοῖς φίλοισι γράμματ' ἀποδώσω τάδε*. Deinde inter eos convenit per quos deos iurandum sit utrique. Denique sibi poenas imprecatur Pylades, si, quod promisit non perficiat.

Eodem modo fere iuratur Med. 745, ubi Medea a rege Aegeo iuramentum exigit. Primum dii, per quos iurandum est regi, deinde quid sit promittendum, denique quae poena immineat peieranti, inter eos convenerunt [1]). Hyllus quoque, cuius iuramentum supra iam commemoravimus, hunc in modum ius iurandum dat. [2])

Apud alios scriptores iuris iurandi caeremoniae ritusque iam distinctius describuntur e. g. Aristoph. Lysistr. vss. 181 sqq., quas referre longum est nec huius operis. Tragici tacent. [3])

---

1) Observatione dignum est has iuris iurandi formulas multis ex partibus esse similes. cf. Iph. T. 743 atque Med. 745; Iph. T. 747 atque Med. 746, 752; Iph. T. 750 atque Med. 754. Quadam ex parte congruunt cum iure iurando, quo foedera publica sanciebantur cf. Larfeld. I. Handb. der Gr. Epigraphik. (1907) pp. 442, 446, 447, 448; II. 2, pp. 727 sqq.

2) cf. Trach. 1181.

3) Item ex iis non apparet graviora iuramenta sacris locis, in templis, ad aras dari, de qua consuetudine cf. Schöm-Lips. o. l. p. 278: „Erhöht wurde die Feierlichkeit des Eides auch dadurch, dasz man ihn an Altären und in geheiligten Lokalen ablegte, wo das Numen der Götter mehr als anderswo gegenwärtig gedacht wurde." Sequuntur varia exempla.

Pars altera.

I. De natura iuris iurandi.

Antequam in hac disquisitione ad vim et auctoritatem iuramenti investigandas adgrediar, de ipsa iuris iurandi natura pauca sunt dicenda.

Hisce posterioribus temporibus permulta [1]) de hac natura sunt disputata prorsus diversa ab iis, quae et scriptores antiqui et posteriores plerique docent, quae silentio praeterissem, nisi antiquorum, cum aliorum, tum tragicorum locis allatis, opiniones suas confirmare conarentur. Hanc vero ob causam necesse habeo copiosius de hac iuramenti natura agere neque sufficit definitionem vulgarem referre.

Primo breviter perpendamus, quid de iure iurando antiquorum optimi scriptores dixerint, deinde quid posteriores, quae denique conferamus cum iis, quae Hirzel, Stengel, alii doceant.

a. *De antiquis.* Haud dubium est, quin inter antiquos quoque fuerint, qui de iure iurando scripserint, quorum opera licet omnia perierint, non pauca aetatem tulerunt in iis scriptis, quae ex iis sunt hausta et ad nos pervenerunt [2]). Ita commentatores Aristophanis aliorumque scriptorum saepius ius iurandum declarare conantur. Non multum lucis autem afferunt hae annotationes; plerumque ex ipsis scriptorum verbis est derivandum, quid de iure iurando iudicaverint. Accuratam descriptionem vel definitionem nusquam fere invenies. Neque quae Stobaei Anthologii Capp. XXVII et XXVIII leguntur multum afferunt lucis, quamvis magni pretii habenda sint. Collegit enim complures locos hic plurium scripto-

1) cf. Hirzel. o. l Stengel. *Gr. Cultusalterth.* apud Iwan Müller V, 3.

2) cf. Ziebarth o. l. p 7[1]. qui ex scholiis Aristophanis exempla affert: Nub. 83, 108, 121; Ran. 1374; Eq. 843; Vesp. 83, 1438; Pac. 267. Praeterea Schol. Theocr. 514. Vulgo addi κυρίως, εὐλόγως, εἰκότως inquit, per deum hunc iuratur, nam . . . . sqq.

rum, qui ad ius iurandum et periurium pertinent. Inscribuntur haec capita: Περὶ ὅρκου et Περὶ ἐπιορκίας.

In carminibus Homericis saepius quidem iuratur, saepius quidem de iure iurando est sermo, quid tamen sit, distincte nullo loco indicatur ab ipso poeta. Luce clarius vero ex ipsis iuramentorum verbis apparet, *deum in iis invocari testem*, qui veritatem confirmet sive in promisso faciendo, sive in re quadam asseveranda, et *vindicem* qui a viro periuro poenas sumat, neque cum iuramentis apud Homerum usurpatis non convenit si Nägelsbach, Nachh. Theol. [1]) p. 242 hoc modo ius iurandum definit: „Est ist aber der Eid eine feierliche Anrufung zunächst der Gottheit dem als Wahrheit ausgesprochenen Worte Zeugniss zu geben durch Bestrafung der Schwörenden im Falle sein Wort kein Wahrheit sei."

Quae definitio si vera sit iam statim ostendit, etiam post Homerum (de hisce scriptoribus enim libro laudato agitur) eandem esse iuris iurandi naturam, id quod praesertim si ipsorum scriptorum sententias perpendamus, apparet.

Hesiodo Ὅρκος filius est Ἔριδος, quem peperit haec dea πῆμ' ἐπιόρκοις [2]). Graves hi daturi sunt poenas ἀνδρὸς δ' εὐόρκου, inquit poeta, γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων. [3] Alibi [4]) narratur deos ius iurandum adhibere ὁππότ' ἔρις καὶ νεῖκος ἐν ἀθανάτοισιν ὄρηται καὶ ῥότε τις ψεύδεται Ὀλύμπια δώματ' ἐχόντων.

Satis haec ad demonstrandum, ius iurandum diis esse curae, virosque periuros iis poenas daturos, deinde ius iurandum adhiberi ad lites dirimendas veritatemque stabiliendam [5]).

Longum est neque huius operis in omnes scriptores, qui sive ante sive post tragicos poetas vixerunt, accuratius inquirere. Pau-

---

1) cf. locos, quos Nägelsb. Autenrieth. Hom. Theol. p. 215 affert exempla: ad rem affirmandam: Il. I, 240; XV, 41; XIX, 258; XXIII, 42; Od. XVII, 155; ad promissum asseverandum: Il. X, 332; XVI, 280; XIX, 127; XX, 313; XXI, 373; XXII, 119; Od. II, 373; IV, 253; V, 184; X, 345; XII, 304; XV, 437; XVIII, 58; XX, 229.

2) cf. Opp. 804; Theog. 226, 231.

3) cf. Opp. 290, 219, 282; Theog. 793 de poena dei periuri.

4) cf. Theog. 708.

5) cf. Nägelsb. *N. Th.* p. 243: Aber dasjenige, was dem Schwur seine bindende Kraft giebt, ist immer die Furcht vor der gottlichen Strafe. Affert Liban IV, p. 73, 22 (Reisk) πᾶς ὅρκος ἐκ τοῦ πρὸς τοὺς θεοὺς φόβου τὴν ἰσχὺν λαμβάνει.

cae tantum sententiae sufficiant [1]), inter quas inprimis laudanda est definitio, quam legimus Rhet. ad Alex. 18 p. 1432, 33, quae verba, licet verisimillimum sit iniuria ea Aristoteli esse adscripta [2]), opinionem complurium Graecorum, ea aetate viventium, sine dubio significant "Ορκος, hic legitur, *ἐστί μετὰ θείας παραλήψεως φάσις ἀναπόδεικτος· δεῖ δ' αὐτοῦ ὅταν μὲν αὔξειν θέλωμεν λέγειν οὕτως· οὐδεὶς ἂν ἐπιορκεῖν βούλοιτο, φοβούμενος τήν τε παρὰ θεῶν τιμωρίαν καὶ τὴν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις αἰσχύνην καὶ διεξιέναι ὅτι τοὺς μὲν ἀνθρώπους λαθεῖν ἔστι, τοὺς δὲ θεοὺς οὐκ ἔστιν.*

Congruunt haec cum iis, quae apud Homerum et Hesiodum, alios repperimus: ius iurandum esse dei testationem, qua confirmetur, quod alio modo certo sciri non potest. Idem Lasaulx, qui de iure iurando Graecorum optime disputavit, ita descripsit [3]): Er (sc. ius iurandum) besteht in der feierlichen Betheuerung des ge-

---

1) Iam affero haec: *Pind.* Ol. II, 69, ubi vita beata in Orco spondetur ei, qui ius iurandum servaverit: παρὰ μὲν τιμίοις enim θεῶν, οἵτινες ἔχαιρον εὐορκίαις, ἄδακρυν νέμονται αἰῶνα. τοίδ' ἀπροσόρατον ὀκχέοντι πόνον.

Lycurgus orator (127) dicit ius iurandum parentum tanquam ὅμηρον esse liberis maximamque ei tribuit vim (79), dei enim quia sunt testes οὔτ' ἂν ἐπιορκήσας τις λάθοι οὔτ' ἂν ἔκφυγοι τὴν ἀπ' αὐτῶν τιμωρίαν, ἀλλ' εἰ μὴ αὐτὸς οἱ παῖδές γε καὶ τὸ γένος ἅπαν τοῦ ἐπιορκήσαντος μεγάλοις ἀτυχήμασι περιπίπτει. cf. praeterea *Demosth. adv. Con.* 41; *Lysiae adv. Theomnestum* I, 17.

Athenis *Heliastae*, quae dicebantur inter alia in iure iurando precabantur: καὶ μέν μοι εὐορκοῦντι πολλὰ καὶ ἀγαθά, ἐπιορκοῦντι δ' ἐξώλεια αὐτῷ τε καὶ γένει (cf. Gilbert. Handb der Griech. Staatsalterth. I [2], p. 440. 1).

Xenophanes Rhet ad. Alex. 1, 15, p. 1377 dicitur ius iurandum reiecisse, quia non erat ἴση πρόκλησις αὕτη ἀσεβεῖ πρὸς εὐσεβῆ, quae verba satis ostendunt viro pio soli ius iurandum magnam habere auctoritatem. τὸ σέβεσθαι enim ad deos pertinet (cf. Passow i. v.)

Empedocles (cf. Diels. *Philos. fragm.* p. 217, fr. 115) narrat quae gravissima poena maneat vel deos periuros.

Platon. Legg. III, 701 C., θράσος hominum causa esse dicitur, qua adducuntur hi ὅρκων καὶ πίστεων καὶ τὸ παράπαν θεῶν μὴ φροντίζειν.

Historici, etiamsi de ipso iure iurando definitionem non dederint, satis demonstrant se quoque iuramenta magni duxisse virumque periurum magnas poenas diis daturum cf. Schmidt *Ethik d. a. Gr.* I. p. 4, qui exempla affert: Herod. IV, 71; VI, 86 β, γ; Xen. Anab. II, 2, 9; Thuc. II, 53; III, 82.

2) Veri simile est hunc librum scriptum esse ab Anaximene Lampsaceno, qui ut Aristoteles Alexandri magni vixit aetate cf. Christ. *Gesch der Gr. Litt* [4] p. 483. Notanda est similitudo posteriorum verborum cum Lycurgi § 79 et Clementis Alexandrini Strom. 8 p. 861, 22: ὅρκός ἐστιν ὁμολογία καθοριστική μετὰ παραλήψεως θείας.

3) cf. Lasaulx. *Der Eid b. d. G u. R.* p. 2.

gebenen Wortes dadurch, dasz der im Worte projicierte Wille zur Wahrheit bekräftigt wird durch Berufung auf Gott als Zeugen der Wahrheit und Treue und als Rächer der Lüge und der Treubruches [1]).

b. *De Posterioribus*. Quae posteriores de iure iurando disputaverint huc omnia aferre difficillimum est neque necesse mihi videtur. Sane permultos auctores licet laudare, quorum omnium verba demonstrant, quod Hirzel ait: [2]) ,,Der Eid ist eine Art der Versicherung, welche durch *göttliche* Mitwirkung verstärkt wird.'' Quamquam ipse opinatur minime hoc divino auxilio opus esse, tamen concedere debet: „So lautete schon im Alterthum die gewöhnliche Antwort und sie ist die regelmässige geblieben bis in neueren Zeit'' [3]).

Omnes fere scriptores inde ab antiquissimis temporibus ostendimus putavisse etiamque nunc putare ius iurandum esse dei attes-

---

1) Magnam vim Graecos iuri iurando tribuisse docent praeter locos supra laudatos Andoc. I. 9, ubi monetur *ψηφίζεσθαι κατὰ τοὺς ὅρκους, ὅπερ καὶ συνέχει μόνον τὴν πόλιν*. cf. *Lys. de Solut. Rei publ. 28*. Quin *Pythagoras*, quamquam *σπανίως μὲν ὀμνύναι* iusserat discipulos, addidisse narratur: *χρησαμένους δὲ τοῖς ὅρκοις πάντως ἐμμένειν*. cf. Diod. Exc. Wessel. 555.

2) cf. Hirzel o. l. p. 11.

3) Exempla ipse affert p. 12, Lasaulx o. l. pp. 4, 6, 12, 21, 26. Schmidt, *Ethik II*, p 3 sqq.; Schöm-Lips. *Gr. Alterth.* II, p. 268 sqq. Nägelsb. *N. H. Theol.* pp. 215, 216. Danz. *Sacr. Schutz.* p. 33. Idem affirmant definitio, quam Thomas Aq. affert. *Summae tot. Theol. in III partes* etc. II, Qu. 89, Art. IV. eaeque, quae collatae sunt v. Leeuwen, *De Eed in den modernen Staat.* p. 39, 40, e quibus laudo has:

Ius canonicum: (Ius iurandum est) confirmatio veritatis. (Cap. 26, X de iure iurando).

Lutherus: Schwören ist Gott geloben, preisen, verehren, anbeten. (Walch. VI, 432).

Zwinglius: Est ius iurandum Dei contestatio ad aliquid decidendum aut praestandum. (Op. Tigur. 1544. II, 26).

Calvinus: Est autem (ius iurandum) Dei attestatio ad veritatem sermonis nostri confirmandam. (Instit. Christ. relig. II. 23, 8).

Hugo Grotius: Per sacramentum (ius iurandum), Deum testem et vindicem invocare. (De iure b. a. p. II, XIII, 10).

Sam. Pufendorf: Quid est iurare nisi ius Deo reddere. (De iure nat. et gent. IV. 2, 3).

Weiske: Der Eid ist eine feierlich verstärkte Aussage oder Zusage, oder eine Erklärung, unter Anrufung des Höchsten zür Bestärkung der Wahrheit einer Aussage, oder der Erfüllung einer Zusage. (Rechtslex. s. v. Eid).

tationem, fundamentum eius igitur in religione esse positum [1]). Dei qui testis atque vindex invocatur, verecundia [2]) iuramento maximam attribuit illam auctoritatem.

Neque dissentitur qua de causa adhibeatur iuramentum. Datur ad asseverandum promissum affirmationemve fide magis dignam faciendam, ut solidissimum veri habeamus fundamentum.

Iurant homines, dicitur Epist. ad. Hebr. VI, 16 *εἰς βεβαίωσιν* [3]), et *πάσης αὐτοῖς ἀντιλογίας πέρας . . . ὁ ὅρκος.* [4])

Hisce omnibus perpensis ius iurandum ita definiri posse videtur: *Ius iurandum sollemnis est Dei contestatio*, *qua verba affirmantur eius*, *qui iuret*, *qui Deum contestans profiteatur se conscium esse non solum deum se audire verum etiam omnes iniurias et in casu periurium vindicaturum* [5]).

De opinionibus aliis. Attamen hisce posterioribus temporibus nonnulli sunt, qui aluid quid de iure iurando docuerunt. Contendunt ius iurandum nihil aliud esse, quam exsecrationem, qua se ipsum devoveat, is qui iuret [6]).

Ex iuris iurandi natura sequitur, ut poenae imprecatio eius sit pars. Iure Calvinus Instit. II, VIII, 24 (i. f.): „Nos", inquit, Deum advocare non (possumus) orationis nostrae testem, quin

---

1) De fundamento hoc v. Leeuwen disputat, o. l. p. 18: Woelt men den eed van die basis los, dan houdt men niets over dan eene fictie, want dit juist is 't, wat behoort tot zijn onuitwischbaar karakter en dit alleen is zijn innerlijkst wezen, al 't andere is louter accidenteel en behoort tot den veranderlijken vorm.

2) De metu poenae iuris iurandi vi cf. Lucian. ed. Jacob. 1887 Teubner. Index. s.v. ius iurandum .... iurare falso non verentur per numen, quod impotens credunt. *Philopatr.* 4 sqq.

3) cf. Deissmann *Bibelst.* pp. 102, 103; *Neue Bibelst.* p. 56.

4) Gaius, I, 1 D. de iure iurando 12, 2 ius iurandum vocat maximum remedium expediendarum litium. cf. Göschel o. l. p. 271.

5) Sequitur, ut formulae, de quibus in priore parte huius libelli fuit sermo (pp. 14, 15), compositae per praepositionem *πρὸς* et illae, ubi deus invocatur per vocativum, addita particula *ὦ* vel *ἰώ* plerumque iuramenta non sint, quamvis quod ad formam arte cum eo cohaereant. Usurpantur ad preces asseverandas formulisque iuris iurandi sunt inclusae. Imprimis eae per praepositionem *πρός* compositae saepe coniunguntur cum iuramentis, sunt obtestationes, in quibus dei nomen vel res quaedam invocatur ad preces affirmandas. cf. Index s. v. *πρός*.

6) cf. Hermann, Gottesdl. Alt. § 22. Stengel a. Iwan-Müller o. l. V, 3 p. 78.

periurii ultorem nobis imprecemur, si fallimus, quod idem sequitur ex iis, quae Nestle, Eur. d. D. d. Gr. Aufkl. p. 129 disputat: „Ein altes Postulat des polytheïstischen, wie des monotheïstischen Gottesglaubens besonders, wenn demselben der Glaube an eine individuelle Unsterblichkeit nicht zur Seite geht, ist der Ausspruch, dass es dem guten Menschen auf der Welt gut, den slechten slecht gehen sollte." (cf. Nägelsb. Nachh. Theol. p. 30). Iure eam ob causam Nägelsbach o. l. p. 243: „Jeder Eid, inquit, enthält daher das doppelte Moment, sowohl das *μαρτύρεσθαι τοὺς θεούς* als das *ἑαυτοῦ καταρᾶσθαι.*" Etiamsi non additur, poenae imprecatio tamen subauditur.

Sane Schmidt (Eth. II p. 3): „Der Ernst, inquit, der in der Behandlung des Schwurs erheischt wird, ist nicht blosz durch den Gedanken an die Folgen des Meineids, wie sie aus der in in ihm *liegenden eventuellen Selbstverfluchung* entsprungen, bedingt, das unmittelbare Gefühl für die Heiligkeit der angerufenen Götter ist darin ebenfalls wirksam;" multo tamen plus efficit poenae metus (cf. Nägelsb. o. l. p. 37). „Der Fluch, observat Hirzel, gehört zum Eid, wie zum Gesetz die Andeutung der Strafe." (cf. p. 139).

Alii putant ius iurandum pertinere ad artem magicam exque ea auctoritatem suam haurire, quam opinionem ab Hirzelio satis refutatam opinor [1]). Multo gravius autem est id, quod ipse Hirzel de iure iurando docet atque multis locis antiquorum scriptorum allatis stabilire conatur. Fundamentum enim iuris iurandi religiosum eruere vult, minime deorum contestationem in iuramento necessariam esse contendens [2]). Nil mirum hoc nostra aetate, quippe qua nihil fere integrum relinquatur. Solidissimum quidque evertitur, nihil amplius certum est, de omni re praesertim cum

---

1) cf. Hirzel o. l. p. 19: In neuester Zeit — will sich eine Auffassung des Eides Bahn brechen, die in diesem eine Zauber sieht und seine Kraft ableitet aus der Furcht vor den dunkeln Mächten, denen der Mensch sich durch den Schwur verpflichtet hat. cf. p. 52, 1.

2) Ante idem simili modo iam disputavit F. G. Leue. *Von der Natur des Eides*, 1836, qui ius iurandum definiens: „Der Eid, inquit, ist nichts anders als die Betheuerung der Wahrheit vermittelst einer gesetzlichen Formel, welche die höchsten menschlichen Motive zur Wahrheit enthält," quem satis refellit C. F. Göschel, *Der Eid nach seinem Principe, Begriffe und Gebrauche.* Berlin 1837, demonstrans iuris iurandi verum fundamentum in religione esse positum. cf. Göschel o. l. p. 5.

religione quodammodo cohaerente dubitatur. [1]) Perpendamus, quid Hirzel disputaverit.

Pagina 11 o. l. postquam concessit plerosque cum priorum, tum huiusce aetatis scriptorum ius iurandum habuisse veritatis confirmationem deo teste invocato p. 12 pergit:

„Und doch lässt sich die damit über das Wesen des Eides ausgesprochene Ansicht einer ganze Reihe von wohlbekannten Eiden, wie sich bei den Griechen üblich waren, entweder überhaupt nicht, oder doch nur auf Umwegen und durch künstelnde Mittel anpassen" quorum iuramentorum exempla deinde laudat nonnulla, quibus demonstrare vult, quod multo post ait: [2]) „Im Grunde war der Eid hier *eine sittliche Handlung* und *die religiöse Hülle hing nur lose um ihn*, so dass sie leicht ignorirt oder abgeworfen werden konnte, wie sie denn in der That schon damals von Vielen abgeworfen wurde."

Quod libro suo demonstrare sibi proposuit, profiteri videtur p. 14, ubi: „Wie man aber, inquit, in neuester Zeit dazu gelangt ist, *die Anrufung Gottes nicht für das Wesentliche im Eidschwur anzusehen*, so hat auch schon dem Alterthum diese Einsicht nicht gemangelt."

Estne hoc verum? Fuitne re vera antiquorum opinio precatione deorum, quam in longe plurimis iuramentis inveniri supra ostendimus, in iure iurando opus non esse? Videamus, quae argumenta ipse Hirzel afferat: „*Den wichtigsten Beweis*, ipse inquit p. 15, liefert aber eine *weit durch das Alterthum verbreitete* Anschauungsweise. Danach *muss*, wobei man schwört, *nicht gerade göttlicher Natur* sein, sondern alles ist dazu recht, was irgend in des Schwörenden Augen besondere Würde oder besonderen Werth besitzt. Die Styx, sagt Aristoteles, machten die alten Theologen zum Eide der Götter, weil sie vor allen andern ehrwürdig war. Aristoteles hat damit den ersten Fingerzweig gegeben und man

1) cf. H. Bavinck, *Hedendaagsche Moraal*, p. 10: Er bestaat heden ten dage alleszins oorzaak om van een zedelijk bankroet te gewagen. De grondslagen der moraal, weleer in godsdienst of wijsbegeerte gelegd, worden ondermijnd; de vastigheden van het zedelijk leven worden losgewoeld. Praeterea p. 26: Het algemeene streven der hedendaagsche moralisten is om een zedeleer te ontwerpen, *die met God en godsdienst*, zelfs met bovenzinnelijke dingen *niets te maken heeft* .... eene moraal tot stand te brengen, die *los* is van *alle theologie en metaphysica*.

2) cf. Hirzel o. l. p. 103.

braucht seinem Winke nur nach zu gehen um noch mehrere Spuren derselben *weitherzigeren Ansicht* vom Wesen des Schwurs anzutreffen".

Sequuntur nonnulla exempla [1]) posterioris aetatis, quibus asseverandum est antiquos per omnem rem pretiosam iuravisse et eiusmodi formulas iustum habuisse iuramentum.

Loco Aristotelis excepto, de quo post plura, loci laudati nihil efficere mihi videntur. Sunt enim explicationes, eam ipsam ob causam factae, ut iuramenta relata interpretentur. Etiamsi autem significationem atque vim habeant generalem neque solas ad formulas pertineant laudatas, nihil demonstrant nisi, quod unusquisque facile concedet, honore magno affici eam rem, per quam iuremus. Natura iuris iurandi minime ex iis apparet.

Idem hoc multo iam dici potest iustius de verbis Aristotelis ab Hirzelio adductis :

Primo loco non est ipse Aristoteles, qui loco laudato [2]) loquitur; affert aliorum sententias. *εἰσὶ δέ*, inquit, *τινες οἵ. . . . οἴονται*. Quod Hirzel pp. 15 et 19 ait Aristotelem dixisse, huius igitur non sunt verba, sed eorum, qui demonstrare cupiant, *τὸ ὕδωρ ἀρχὴν τῆς Φύσεως εἶναι*, quod praesertim apparet ex iis, quae sequuntur: *εἰ μὲν οὖν ἀρχαία τις αὕτη καὶ παλαιὰ τετύχηκεν οὖσα περὶ τῆς Φύσεως ἡ δόξα, τάχ᾽ ἂν ἄδηλον εἴη . . . . .*

Secundo. Quod *τινές* hi dicunt, iuris iurandi naturam explicare omnino non potest, quippe quod ab iis afferatur, ut suam opinionem de rerum principio stabiliant. Comprobare conantur aquam omnium rerum esse *ἀρχήν* quae dicitur, principium mundi. Non legitur, quod Hirzel ait: Die Styx machten die alten Theologen zum Eide der Götter, weil sie vor allen ehrwürdig war, sed *τινές* illi hunc in modum ratiocinantur: Ex eo, quod Styx (i. e. aqua) *ὅρκος est θεῶν*, quod per eam dei iurant, apparet Stygem hanc omnibus aliis rebus honore praestare. Quod enim in iure iurando testem invocamus semper est *τιμιώτατον*. Quid autem honore

---

1) cf. Hirzel o. l. p 16, 1; Strabon XII, p. 557; Cassii Dion. 60, 5; *Müllach fragm. phil.* I, 464 a; Philon *De spec. legg.* p. 271 M. Eustathius p. 251, 6. Stallb. (ad. Il. XV, 39) et eiusdem p. 251, 20 (ad. Il. XV, 36). Schol Townl. Il. XIV, 271.

2) cf. Arist. *Metaph.* I, 3. p. 983 b, 30 ff: *Ὠκεανόν τε γὰρ καὶ Τηθύν ἐποίησαν* (sc. *οἱ πρῶτοι θεολογήσαντες*) *τῆς γενέσεως πατέρας, καὶ τὸν ὅρκον τῶν θεῶν ὕδωρ, τὴν καλουμένην ὑπ᾽ αὐτῶν Στύγα τῶν ποιητῶν. τιμίωτατον μὲν γὰρ τὸ πρεσβύτατον, ὅρκος δὲ τὸ τιμιώτατόν ἐστιν.*

maximo dignum est? *τὸ πρεσβύτατον* nonne? Igitur ex eo, quod per Stygem dei iurant, derivamus Stygem illam, id est aquam esse *πρεσβύτατον*, rem antiquissimam, *ἀρχήν*, principium omnium rerum.

Videmus igitur Hirzelium prorsus convertisse, quod apud Aristotelem legitur.

Tertio. Non obliviscendum est minime hoc loco dici ius iurandum fieri posse per omnia, quae *τίμια* habentur. Styx enim quoque est dea, neque hoc in iuramento dubium mihi videtur, quin *dei testatio*, ut in plerisque antiquorum iuramentis subaudiatur [1]).

Maximum gravissimumque argumentum igitur, quod Hirzel ad opinionem suam comprobandum, adduxit, nullius pretii esse postquam apparuit, iam demonstrandum restat minus esse verum, quod paulo post p. 20 contendit, ubi „Die diesem, inquit, aber

---

1) Errat etiam Hirzel, quando p. 19. 2: „Insbesondere, inquit, schwebten ihm (Aristoteli sc.) Hesiods Worte vor, nicht blosz die in der vorigen Anmerkung angeführten (Theog. 397) sondern auch Theog. 777, wo die Styx *πρεσβυτάτη* heisst, dem aus beiden Stellen zusammengenommen liess sich leicht der Satz der Metaphysik gewinnen, dass das *πρεσβύτατον* auch *τιμιώτατον* sei.

Contra hanc opinionem affero haec: Primo loco minime hic opus esset de iure iurando mentionem facere, si ab iis, quos A. laudat, locus allatus esset Hesiodi, ubi Styx dicitur *πρεσβυτάτη*. Quae enim, si *πρεσβυτάτη* sit, eam ob causam iam est *ἀρχή*. Theog. autem vs 777 Styx non dicitur *πρεσβυτάτη* per se, nulla aliorum collatione, sed *θυγάτηρ Ὠκεάνοιο πρεσβυτάτη*, unde sequitur *τινάς* illos ad hunc locum non spectavisse, quippe qui hunc locum afferentes Stygem non dixissent principium sed *Ὠκέανον*. Stygem vel nonimare opus iis non fuisset. Ipse Oceanus suffecisset.

Neque locus alter, Theog. 397 plus efficit. Hic legimus: *τὴν δὲ Ζεύς τίμησε* sqq. Quae minime etiam pertinent ad id, quod Metaphys. I. 3 dicitur. Non sermo est apud Aristotelem, qua de re Styx *ὅρκος* sit *θεῶν* ideoque magno honore afficiatur. Hoc constat. Inde *τινές* illi disputare coeperunt, inde derivant Stygem *τίμιον*, pretiosi quid esse. *τιμᾶν* illud Hesiodi et *τίμιον* hoc Aristotelis omnino inter se non cohaerent, difficillimeque intellegitur, quo modo ex hisce verbis Hirzel derivare possit: dass das *πρεσβύτατον* auch *τιμιώτατον* sei. Hoc ex rerum natura sequitur, probatione huic opus non est.

Praeterea nusquam legitur, quod H. ait: dass das *πρεσβύτατον* auch *τιμιώτατον* sei, sed simpliciter: *τιμιώτατον μὲν γὰρ τὸ πρεσβύτατον*.

Multo veri similius est verba Aristotelis (vel potius eorum, quos laudat) non spectare ad Hesiodi locum sed Homeri, ubi scilicet Il. XIV 208—246 et 302 de Oceano est sermo, versuque 271 de iure iurando deorum per Stygem dato (cf. Gruppe. *Cult und Mythen* pp. 610, 614).

im Menschen beantwortende Empfindung (antecedunt: Was Würde oder Werth besitzt, ein τίμιον ist, soll Eideshort sein) ist *die der Ehrfurcht und einer gewissen Scheu*, in Folge deren der Schwörende ins besondere sich hüten wird, das wobei er schwört, durch eine Unwahrheit zu verletzen. Derartige Empfindungen fasste der Grieche mit dem Worte αἰδώς zusammen. Und es ist nur eine Probe auf die Richtigkeit jener Theorie dass diese αἰδώς geradezu dem Eide gegenüber geboten wird."

Fundamento antiquo iuris iurandi eruto, ipse Hirzel intellegit alio opus esse, quod se repperisse putat in eo, quod dicit: „*einen gewissen Scheu*". Mire vero disputat

A. Αἰδῶ vir Graecus non solum habet erga homines, quibuscum vivit, sed praecipue reverentia haec impedit ne leges neglegat, a diis hominibus datas neque ipsos deos contemnat [1]).

B. Locis ab Hirzelio laudatis, *Aesch.* Eum. 713 (Kirchh. 698) et *Soph*, O. R. 647 (Dind. 646) ὅρκος non est, ut in loco Aristotelico supra laudato, *id per quod iuratur* sed *ius iurandum ipsum*, *actus iurandi*, qua in re Hirzel erravisse videtur, quippe qui comprobare vellet eum, qui iuret, cavere, ne laedat id, quod in iuramento invocatur.

C. Quod deinde Hirzel addit: „Nothwendig ist indessen diese begleitende Empfindung (metus sc. ne homo periurus poenas det periurii) nicht, nihil approbat." Etenim is, qui assumpserit dei contestationem in iure iurando necessariam non esse, pudore quodam solo homines adduci, ut iuramenta teneant, difficile alio modo loqui potest. Deum enim eam ipsam ob causam contestamur in iure iurando *vindicem periurii*. Ipsa haec assumptio neque certis argumentis approbatur, neque etiam loci laudati efficiunt id, quod Hirzel demonstrare vult, iuris iurandi vim sitam esse in eo affectu, quem Graeci αἰδῶ dicunt [2]).

---

1) cf. Schmidt quem ipse Hirzel laudat p. 20. 3. o. l. p. 173: „Abgesehen von derartigen besonderen Beziehungen sind nach Attischer Anschauung für den auf sich ruhenden Mann wesentlich nur *die Götter*, die dem Menschen durch das *Sittengesetz* gezogenen Schranken" (cf. de huius legis origine o. l. p. 213) Gegenstände der Aidos. cf. praeterea Platon. Legg. p. 917. A 6, Schmidt o. l. pp. 210, 253.

2) α. Oblitus est Hirzel comprobare in affectu ea, αἰδώς qui dicitur, metum poenae non inesse, quod praesertim ea, quae supra commemoravimus refutant. „Lediglich" illud igitur fundamento caret.

β. Quod ad Platon. Legg. p. 917, A pertinet, ipse iam concedit hoc

D. Postremo iam causa est alia, quae probare vetet, id quod Hirzel de hoc iuris iurandi fundamento disputavit: Si verum sit, quod Hirzel ait p. 21: „In andern Fällen ist es lediglich die *αἰδώς*, *die Scheu oder Scham*, in wirklicher oder gedachter Gegenwart von etwas Ehrwürdigem eine Unwahrheit zu sagen, worauf die bindende Kraft des Schwurs beruht", vis iuramenti niteretur solo arbitrio eius, qui iuraverit, neque aliud habet fundamentum, quam huiusce viri fidem. Quid autem ita interesset inter ius iurandum atque promissum aut meram affirmationem? Ab hisce discerni nullo modo posset nisi formulae quadam discrepantia fortasse, cum iis penderet ex *fide humana*. Maxima illa auctoritas, quam omnium consensu inde ab antiquis temporibus usque ad nostram aetatem tenuit, deesset; non amplius ultimum esset perfugium veritatis. Fac id verum esse, tunc rogare licet: Cur omnibus temporibus tanti ius iurandum ducebatur? Qua de re tantae poenae deorum viro periuro imminere putabantur? Quo modo Isocrates dicere potuit periurium esse ἀσέβειαν [1]) neque τό εὐσεβεῖν solum esse θύειν, verum etiam ἐμμένειν τοῖς ὅρκοις? Cur apud Platonem vir ὅσιος καὶ εὔορκος opponitur ἀνοσίοις καὶ ἀδίκοις [2])? Cur idem hoc de promisso aut omni affirma-

---

loco de ipso iure iurando sermonem non esse, sed de mendacio; quin ipsis verbis discernuntur: ὅς ἄν ὅρκους ὀμνὺς ψευδεῖς (qui eam ob causam μηδέν φροντίζῃ θεῶν) et ἐνάντιον τῶν κρειττόνων αὐτοῦ ψεύδηται. (Praeterea iure dubitari potest, an voci, quae est κρειττόνων subaudiatur puniendi potestas). In iis, quae sequuntur accuratius indicatur, qui hi κρειττόνες sint: γονῆς, ἄνδρες, ἄρχοντες. iique αἰδεῖσθαι iubentur. Postea etiam non solum legitur οὔτε ἀνθρώπους αἰδούμενος, sed additur, quod Hirzel omittit: οὔτε θεοὺς σεβόμενος (917 B).

γ. Soph. O. R. 646 sqq Iocaste sane de se ipsa loquitur aliisque, qui adsunt; quod autem omnibus praeponit est iuramentum a Creone datum (μάλιστα μὲν τόνδ' ὅρκον αἰδεσθὲις θεῶν). Idem chorus vs. 651 demonstrat affirmans eum esse νῦν ἐν ὅρκῳ μέγαν. Minime igitur hic locus laudari potest ad demonstrandum deorum verecundiam metumque poenae non esse iuris iurandi fundamentum sed αἰδώς quae dicitur. Monet tantum, ut ei, qui per deos iuraverit fidem habeamus, ius iurandum eius revereamur (αἰδώμεθα).

δ. Hymn. in Merc. 381. Hermes sane 'Ηέλιον. inquit, δὲ μάλ' αἰδέομαι καὶ δαίμονας ἄλλους, sed hoc ei non sufficit, ius iurandum magnum addit (μέγαν δ'ἐπιδώσομαι ὅρκον. In hac voce αἰδέομαι iuris iurandi vim esse positam, nusquam legitur, neque iuris iurandi vim esse αἰδώ; apparet tantum vocem quae est αἰδεῖσθαι usurpari erga deos quoque.

1) cf. Isocr. ad Dem. 13.

2) Platon. *Respubl.* p. 363 D. cf. Osc. Augustin o. l. p. 30 qui iure opinionem Platonis hunc in modum refert p. 35: „In der εὐορκία erscheint

tione non legitur? Quia maius quid erat ius iurandum, nonne? quia fundamentum habebat quam maxime solidum neque nitebatur fide humana mutabili, quia deus eius est vindex. Eam ob causam omnibus hominibus valet, ea de re dignum est, cui fides habeatur [1]) Sed haec hactenus.

Ostendisse mihi videor Hirzelii opinionem, quod ad antiquos quidem pertinet, certis argumentis minime niti neque igitur, cum praesertim a communi opinione optimorum scriptorum abhorreat, esse comprobandam. Dei verecundiam metumque poenae iuris iurandi esse fundamentum, ab eo non est refutatum [2]).

Attamen negari non potest saepius antiquos iuravisse cum per *homines*, tum per *alias res*, quorum exempla Hirzel p. 18 sqq. complura contulit. Quomodo hae formulae explicandae sunt, quae una cum iustis iuramentis apud tragicos quoque, quamquam paucae leguntur? Etenim fieri non potest ut omnes res invocatae ad deos pertineant [3]). Antequam autem perpendamus, quid de iis sit iudicandum, eas, quae apud tragicos leguntur, accuratius observemus.

De hominibus. Perpauca apud tragicos iuramenta leguntur, in quibus homines testes invocantur.

---

gerade die Frommigkeit gegen die Götter und die Gerechtigkeit gegen die Menschen innig vereint".

1) Praeter locos supra laudatos (Eum. 713; *O. R.* 647) Hirzel iam multo post (p. 88. 4) laudat Eur. *Med.* 439: *βέβακε δ'ὅρκων χάρις οὐδ' ἔτ' αἰδώς Ἕλλαδι τᾷ μεγάλᾳ μένει, αἰθερία δ'ἀνέπτα.*

Hoc loco quoque sermo est de ipso iuramento, non de eo per quod iuratur. Quo modo ex hisce versibus derivari possit, quod Hirzel ait: „deren Bindekraft (iuramentorum sc.) wesentlich von jener (*αἰδώς*) abhing', (cf. p. 88) mihi minime liquet. *ὅρκων χάρις* et *αἰδώς* contra discernuntur neque apparet haec verba inter se cohaerere. Medeae repudiatione non solum dicitur ius iurandum esse violatum, verum etiam *αἰδώς*, reverentia, quam Iason uxori suae debebat, neglecta (cf. vs. 419 *ἔρχεται τιμά γυναικείῳ γένει* et Aesch. Eum. 217). Verba, quae sequuntur: *αἰθερία δ'ἀνέπτα* multo etiam melius dici possunt de *αἰδώς*, quam coniungi cum *ὅρκων χάρις*. (cf. Hes. Opp. 192 . . . . *δίκη δ'ἐν χερσί, καὶ αἰδώς οὐκ ἔσται*. Αἰδὼς atque Νέμεσις terram relinquunt, vss. 197 sqq.).

Praeterea eiusdem huius tragoediae vs. 169 de Iove dicitur: *ὅρκων θνητοῖς ταμίας νενόμισται* et deos periuri Iasonis ultores fore satis apparet e precibus Medeae ipsius, quippe quae eos testetur (cf. vss. 22, 160, 169, 208). Omnia haec demonstrant ius iurandum ad deos pertinere. (cf. Hipp. 1308, 1037).

2) cf. Lasaulx. *Der Eid* sqq. p. 7.

3) cf. Hirzel p. 15.

Neque *Aeschylus*, neque *Sophocles* eiusmodi formulas exhibet [1]). Apud *Euripidem* uno tantum loco leguntur, ubi scilicet Menelaus vere se dicturum esse iurans: »Πέλοπα κατόμνυμι," inquit, »ὅς πατὴρ τοὐμοῦ πατρὸς τοῦ σοῦ τ' ἐκλήθη τὸν τεκόντα τ' Ἀτρέα." [2])

Pelops quidem a Iove genus suum ducebat, ipse autem est homo, quamvis potentissimus. Fieri potest, ut Menelaus eum tanquam deum invocaverit, quamquam vix credibile hoc est; fieri etiam potest, ut horum verborum significatio sit haec: Quam verum est, Pelopa Atreaque esse avum patremque meum, tam verum est. . . . etc. Quod si ita est, iustum ius iurandum dici haec formula non potest, quippe quae fundamento certo careat. Ita horum verborum fiducia nititur fide atque honestate humana neque ideo plus valent, quam mera asseveratio. In iure iurando tamen opus est certo fundamento, alioquin pretii maximi omnibus hominibus esse non potest, opus est auxilio divino.

Unde huiusmodi formulae, iure iurando simillimae extiterint mox intellegemus, quando in res apud tragicos in iure iurando invocatas, inquisivimus.

De rebus. Observantibus indicem, quam huic libro addidi iam primo obtutu apparet, id quod accuratius si consideratur confirmatur, permultas has res sive ad deos, sive ad deorum sacra quodammodo pertinere. Apud *Aeschylum* semel tantum eiusmodi ius iurandum legi, supra iam ostendimus sc. *Sept. adv. Theb.* 516 sqq., ubi de Parthenopaeo dicuntur haec:

ὄμνυσι δ' αἰχμὴν ἣν ἔχει μᾶλλον θεῶν
σέβειν πεποιθὼς ὀμμάτων δ' ὑπέρτερον
ἦ μὴν λαπάξειν ἄστυ Καδμείων βίᾳ
Διός.

Per hastam igitur iurat se Thebas direpturum. Additur autem ipsis hisce versibus, eum huic hastae fidem maiorem habere quam deo; hasta ei non amplius est res immo aliquid vel deo potentius [3]).

---

1) Aiac. 416 τοῦτο, inquit Aiax, τις φρονῶν ἴστω. Vix credendum est eum in animo habuisse iurare. Mera est affirmatio, quod idem dicendum est de Eur. Troad. 955, ubi *Helena* vigiles testatur. Item. Eur. fr. 92 non est ius iurandum.

2) cf. Eur. Iph. A. 473.

3) De hoc loco viri docti valde dissentiunt cf. Wecklein in Appendice. p. 73. Inprimis verba quae sunt ὀμμάτων ὑπέρτερον difficilia ad intelligendum mihi videntur neque πεποιθώς facile cum ceteris verbis coniungi potest. Praeterea iam Ritsch putavit post vs. 515 versum nomen Parthenopaei

Apud Sophoclem compluribus locis res in iure iurando invocantur:

El. 881 iurat Chrysothemis: μὰ τὴν πατρῴαν ἑστίαν . . . ., de quo loco supra iam est disputatum, quae vide.[1]) ἑστία res dici hoc loco vix potest, quin dubitandum est, an sit scribendum Ἑστίαν.

Trach. 1185. Hercules filium testari iubet Iovis caput, quod nihil esse nisi ius iurandum per ipsum Iovem unusquisque facile concedet.[2])

Philoct. 1289. Neoptolemus ἀπώμοσ' inquit, ἁγνοῦ Ζηνὸς ὕψιστον σέβας, ubi circumlocutio quae dicitur sunt verba: Ζηνὸς σέβας — pro Ζηνός σέβως ἄξιον[3]). Conferenda sunt cum pernotis illis ἴς Ὀδυσσῆος[4]). Proprie igitur Neoptolemus iurat per ipsum Iovem.

Sunt tamen aliae formulae, in quibus dei quidem ipsi non invocantur, iuratur autem per res, quae cum iis artissime cohaereant.

El. 1063. non Iovem ipsum testatur chorus, sed fulmen eius, ἀλλ' οὐ [μὰ] inquiens, τὰν Διὸς ἀστραπάν, quibus verbis addit καὶ τὰν οὐρανίαν Θέμιν.

Ant. 758. et *O. R.* 1087 iuratur per Olympum. Antig. 758. Olympus sine dubio sedes est deorum, id est coelum[5]) et cum

---

continentem intercidisse, quia priores duces initio quoque commemorationis a nuntio nomine indicantur (cf. vss. 364, 410, 445, 475, 556, 619).

Quomodo locus sit corrigendus, mihi non liquet, verba tamen quae ad ipsum ius iurandum pertinent Parthenopaei non sunt obscura.

1) cf. huiusce operis p. 25.

2) non negat Hirzel p. 33, 2.

3) cf. O. R. 830 ὦ θεῶν ἁγνὸν σέβας et Ell.-Genth. Lex Sophocl. i. v. σέβας qui alios eiusmodi locos affert. Passow i. v. σέβας: ...... Gegenstand der frommen oder heiligen Scheu oder der Verehrung . . . . . daher oft als titelartige Umschreibung, Heiligkeit, Majestät, θεῶν Aesch. *Suppl.* 755; Soph. *O. R.* 830; Eur. *Cycl.* 580. (Διός, Πειθοῦς, Ἡλίου, Δίκης).

4) cf. Od. XXIII, 720; II, 409; XXI, 356. Praeterea βίη, σθένος etc.

5) cf. Ell-G. Lex. Soph. i. v. Ὄλυμπος et *O. R.* 867; *O. C.* 1655. Roscher. o. l. i. v. Olympos. col 853: „Wenn bei Aeschylus, Pindar u. a. Ὄλυμπος im Sinne von οὐρανός verstanden werden *kann*, so *muss* er an einigen Stellen des Sophocles so verstanden werden. Dies gielt von *O. C.* 1654 sqq. . . .; und Antig. 758 weist Kreon mit den Worten τόνδ' Ὄλυμπον auf den Himmel hin . . . . und so liegt es nahe die andern Stellen: Aut 609 und O. R. 1087 ebenso aufzufassen.

et col. 857: „Endlich bezeichnet der Olymp die Götter selbst . . . ." quae commutatio, quamquam apud posteriores plerumque invenitur, minime mira tamen videtur (cf. Gruppe o. l. Handb. d. Kl. Alt. V, 2 p. 384).

Roschero puto O. R. 1087 Olympum eodem modo esse explicandum.

Quamquam hisce tribus locis per ipsum deum non iuratur, tamen liquet eos, qui iurabant de deo sive fulmen torquente, sive Olympum habitante cogitavisse.

Eadem est ratio iuramentorum, quae habet *Euripides : (Rhes.)* 827 ; *Ion.* 870 ; *Hipp.* 1025 ; *Hel.* 348 ; *Med.* 746, 752, fr. 487 [1]), qua in re non est obliviscendum haec arte cum doctrina Euripidis cohaerere.

Restant nonnullae formulae quamvis paucae, in quibus res invocantur, quae cum religione deorum omnino coniunctae esse non videantur, *dextram* dico, genua, aliasque partes corporis, aut *gladium*, hastam, alia.

Phoen. 1677. cum iuratur : ἴστω σίδηρος ὅρκιόν τέ μοι ξίφος non facile quis dixerit gladium hoc loco deum vel etiam deo maiorem haberi, id quod *Aesch. Sept. adv. Theb.* 516 fieri vidimus. Sane *Lucian. Toxar.* 38 [2]) ventus et pugio a Toxari dii nominantur, sed id magis per iocum, aut ludibrii causa fieri puto. Vario modo haec iuramenta per arma data explicantur certeque statuere, quid significent, difficile videtur. Potissimum hac in re cum iis facio, qui putent gladium hoc loco esse signum poenae eiusque commemorationem eandem habere vim atque victimam immolatam et a viro iurante tactam [3]). Fortasse quis ita iurans gladium stringebat vel apprehendebat, deoque teste invocato τῷδε τῷ ξίφει ὀλοίμην vel tale quid addebat [4]), quae caeremonia post in dei testationis locum irrepsit, quamquam probare hoc difficile est. Antiquis temporibus dei contestationem una cum rei commemoratione eodem in iure iurando fieri ipsa quaedam iuramenta ostendunt, quae apud Homerum leguntur. Ita Achilles per sceptrum

1) cf. Aristoph. Thesm. 272; Ran. 311 : τίν' αἰτιάσωμαι θεῶν μ' ἀπολλύναι, αἰθέρα Διός δωμάτιον ἢ χρόνου πόδα.

2) Toxaris: οὐ μὰ γάρ, inquit τὸν Ἄνεμον καὶ τὸν Ἀκινάκην οὐδὲν πρὸς σέ, ὦ Μνήσιππε, ψεῦδος ἐρῶ περὶ τῶν φίλων τῶν Σκυθικῶν, cui deinde Menesippus respondet: Ἐγὼ μὲν οὐ πάνυ σου ὀμνύοντος ἐδεόμην· σὺ δὲ ὅμως εὖ ποιῶν οὐδένα τῶν θεῶν ἐπωμόσω, quod Toxaris negans: Τί σύ, inquit, λέγεις; οὔ σοι δοκοῦσιν ὁ Ἄνεμος καὶ ὁ Ἀκινάκης θεόι εἶναι sqq.

3) De eiusmodi iuramentorum significatione cf. *Enc. Brittannica* s. v. Oath, praeterea Sittl. o. l. p. 139.

4) cf. Eur. Med. 144.

suum iurat Il. I. 232 sed Iovem etiam testatur [1]). Neque mirum igitur Dei contestatione post omissa rem invocatam mansisse. Res velut signum erat poenae divinae.

Apud tragicos quamquam idem in iure iurando non fit, in supplicationibus tamen saepius apparet. Ita Ag. 503 sqq. una cum Iove et Apolline *οὖδας πατρῷον* a nuntio invocatur, itemque Eur. Androm. 892 Hermione supplicat: *Ἀγαμέμνονος παῖ, πρός σε τῶνδε γουνάτων, οἴκτειρον ἡμᾶς* et paulo post: *ἀλλ' ἀντομάι σε Δία καλοῦσ' ὁμόγνιον* ..... Eodem modo Tecmessa Soph. Aiac. 493 maritum suum obsecratur, ne se deserat. [2]).

Multo pluribus autem locis dei nomen omittitur, quamquam saepius subauditur. Plane hoc apparet Soph. O. R. 644 sqq., ubi Creo deum non invocasse videtur, quippe qui *μή νυν ὀναίμην*, inquiat, *ἀλλ' ἀραῖος εἴ σέ τι δέδρακ', ὀλοίμην, ὧν ἐπαιτιᾷ με δρᾶν.* Nihilominus verba eius post *ὅρκος* dicuntur *θεῶν* idemque chorus affirmat, monens *τὸν οὔτε πρὶν νήπιον νῦν τ' ἐν ὅρκῳ μέγαν καταίδεσαι* [3]).

Sunt autem etiam formulae quaedam, in quibus res ad deos nullo modo pertinet. In fragmento Sophocli adscripto [4]) *μὰ τὴν*, legitur, *ἐκείνου δειλίαν, ᾗ βόσκεται θῆλυς μὲν αὐτός, ἄρσενας δ' ἐχθροὺς ἔχων*, quae verba, quamvis difficile sit certe significationem statuere, quia, quid antecederet sequereturve, ignotum est, fortasse

---

1) Sceptrum sublatum iuris iurandi esse signum, multo post Aristoteles commemorat *Pol.* p. 1285, b 11, qui de regibus *τὰς δίκας*, inquit, *ἔκρινον. τοῦτο δ' ἐποίουν οἱ μὲν οὐκ ὀμνύοντες, οἱ δ' ὀμνύοντες, ὁ δ' ὅρκος ἦν τοῦ σκήπτρου ἐπανάτασις.*

De re ipsa cf. Nägelsbach Hom. Theol³. p. 215: Was nun weiter die angerufenen Zeugen betrifft, so versteht sich von selbst, dass dieselben mit Strafgewalt ausgerüstet gedacht und dem Schwörenden heilig sein müssen. Gegen das Erstere scheint zwar der Umstand zu sprechen, dass selbst bei leblosen Dingen geschworen wird, aber aus υ, 339; υ, 229; ρ, 155; ξ, 155; τ, 304; ο, 38 erhellt, dass eben deshalb noch eine Gottheit zu etwaigen Strafe angerufen wird.

2) Item in formulis illis, in quibus pignus quasi fidei veritatisque deponitur, principio deum quoque invocatum esse, qui pignus hoc accipere putabatur, facile est intellegendum. (cf. Cycl. 262, 269). Post ille non amplius commemorabatur, subaudiebatur tamen (cf. Cycl. 272): Die Schwurformel, iure inquit Hirzel p. 33, wurde auch wohl ganz auf dieses Pfand gerichtet und nur beim Einsatz der Wette geschworen. cf. Hel. 835 ubi caput Menelai, id est ipse ille pignus est (vocem quae est *κάρα* ipsum hominem saepius indicare apparet i. a. Eur. Troad. 1024 (*ὦ κατάπτυστον κάρα*).

3) cf. Soph. *O. R.* vss. 647, 651.

4) cf. fr. 136.

significant : quam verum est, eum esse ignavum, tam verum est...

Forma quidem haec verba iuris iurandi sunt inclusa, iusta tamen iuramenta, licet dici soleant, habenda non sunt [1]). Omnes eiusmodi formulae, cum illae, in quibus per fulmen Iovis iuratur, aut per Olympum, tum hae, in quibus ignavia, fides, aliud quid invocatur, tum eae, quae aliam formam habent medium locum quasi obtinent inter iustum ius iurandum atque meram affirmationem. Idem hoc dici potest de eiusmodi formula, quam Creo Ant. 304 se severum fore affirmans, adhibet : *ἀλλ' εἴπερ*, qui inquit, *ἴσχει Ζεὺς ἔτ' ἐξ ἐμοῦ σέβας, εὖ τοῦτ' ἐπίστασ' ὅρκιος δέ σοι λέγω* [2]).

Formam iuris iurandi, qua vis augeretur, imitantur, ex iure iurando, quicum una leguntur apud omnes fere scriptores, extiterunt, saepissimeque difficillimum est distinguere an iustum iuramentum habendae sint an affirmatio gravior. Quo magis sermo descendit ad sermonem vulgarem, eo minus accurate inter ipsum iuramentum affirmationemque meram distinguitur, eoque plures huiusmodi formulae adhibentur [3]). Etiam nostra aetate iusta iuramenta non in ore versantur plebis sed in iudicio, ad magistratus, quod idem inter Graecos ita fuisse, facile unusquisque concedet. Nec mirum ea de re, apud tragicos paucas tantum huius generis formulas inveniri. A sermone vulgari enim longe abhorrent, sermo inprimis apud Aeschylum et Sophoclem est grandis easque locutiones, quae vitae cotidianae sint propriae plerumque evitant.

Iam alia est causa, cur notatione dignum videatur apud tragicos poetas pauca, quod sc. ex fabulis relictis derivare liceat, eiusmodi iuramenta legi. Etenim iuri iurando quodammodo obtrectant, ipsa deorum contestatio, quam iusti iuris iurandi partem gravissimam esse supra ostendimus, in hisce formulis, quamquam saepius subauditur, non amplius sentitur. Licet proprie deus sit, qui pignora laudata accipit nec ex poenae precatione non extiterint devotiones, ad meram affirmationem iam accedunt hae for-

---

1) cf Hirzel o. l. p. 135 : „Dieser Kampf zwischen den Eid und anderen Arten der Versicherung hat in späterer Zeit vielfach einen Ausgleich dadurch gefunden, dasz man auf diese die Form des Eides übertrug."

2) Adscribitur in scholiis : *ὅ ἐστιν · εἰ τιμῶ καὶ σέβω τὸν Δία καὶ μὴ ἐπιορκῶ αὐτόν* cf. Scholl. vetera ed. Papageorgiu, p. 233. cf. cum hisce verbis Creonis, ea quae leguntur Ant. 484 ; O. R. 1086 ; O. Col. 623, 1381 ; alia.

3) cf. Schöm-Lips, o. l. II p. 277.

Item preces, in indice receptae s. v. *πρός* iuris iurandi formam imitantur, quicum quodam modo cohaerent.

mulae. Ipsa vis iuramenti non amplius intellegebatur nec mirum igitur parvi talia iuramenta duxisse viros Graecos nec saepissime prorsus non neglexisse. Itaque parvo earum in tragoedia numero iam perspicuum est tragicos plurimi aestimasse ius iurandum eiusque veram naturam perspexisse.

In hisce formulis verum est, quod Hirzel p. 20: „die diesem aber, inquit, im Menschen antwortende Empfindung ist die der Ehrfurcht und einer gewissen Scheu sqq." Fidem, quam tam valde affirmaverunt, non servare plerosque homines pudebit quidem, in iure iurando autem non pudor, licet is quoque valeat, sed dei verecundia est, metus poenae deorum, qui multo maiorem affert auctoritatem, quod Rhet. ad. Alex. l. l. ita dicitur: *οὐδεὶς ἂν ἐπιορκεῖν βούλοιτο, φοβούμενος τήν τε παρὰ τῶν θεῶν τιμωρίαν καὶ τὴν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις αἰσχύνην καὶ διεξιέναι ὅτι τούς μὲν ἀνθρώπους λαθεῖν ἔστι, τοὺς δὲ θεούς οὐκ ἔστιν* [1]).

Consentaneum est eum solum hanc deorum verecundiam habere, eumque solum vere iurare posse, qui deos vereatur et veneretur. Intellegitur, quando minor diis fides habetur, quin multi vix deos esse credunt, ius iurandum fieri formam inanem, qua homines pro magna affirmatione eam solam ob causam uti pergunt, quia ita facere publice imperatur, aut quia *ἀσεβείας γράφην* metuunt [2]). Vim autem propriam amisit nec mirum multo plures adhiberi formulas minus sanctas testesque quacumque de causa invocari deorum loco, vel homines vel res exsecrationesque ante iuri iurando additas, solas usurpari, ipsa pignora invocari, quae omnia iuris iurandi depravationes sunt putandae. Sollemnibus autem temporibus, quandoque ius iurandum servari plurimum intererat, iustum ius iurandum iurabatur per deos.

Comprendam brevi: Ostendisse videor:

1°. Plurimis antiquorum locis ius iurandum ad deos pertinere.

2°. Tragicos poetas hac in re a ceteris scriptoribus antiquis non abhorrere, omniumque igitur consensu ius iurandum contestationem esse dei.

3°. Id quod Hirzel demonstrare conatur, dei sc. contestatio-

---

1) cf. Pseudo-Aristot. Rhetor. ad Alex. p. 1432, 33.

2) cf. Schöm. Lips. o. l. II p. 166 et P. W. i. v. *ἀσεβείας γραφή*. Tragici poetae quodammodo magistratus cum essent, hisce in rebus quoque cauti esse debebant, quippe qui populum in scaena docerent.

nem in iure iurando necessariam non esse, neque ab ipso satis argumentis esse confirmatum neque apud tragicos apparere.

4⁰. Item eiusdem opinionem antiquos quoque docuisse affectum, *αἰδώς* qui dicatur, causam esse, cur ius iurandum servetur, non satis esse stabilitam.

5⁰. Ex formulis autem quae promiscue cum iuramentis iustis usurpentur, eiusque in formam sint inclusae, apparere etiam tragicorum aetate de iuris iurandi natura aliquid imminui quamquam fieri non potest, ut iusta habeantur iuramenta, quippe quae solido fundamento careant nec ulla re, nisi forma, meris affirmationibus sint dissimiles.

II. Cur iuretur in tragicorum poetarum carminibus [1]).

Iuris iurandi natura investigata iam videamus, cur apud tragicos poetas iuramenta dentur.

Apparuit *enuntiatorum affirmandorum causa* homines iurare: quibus cum aut esse (non esse) aliquid contineatur, aut promissum, iuramenta dividi solent in *assertoria* quae dicuntur et *promissoria* [2]).

Antiquis hoc discrimen non esse notum iam L. Schmidt observavit [3]), qui ut alii [4]) a *Chrysippo* primum ita iuramenta divisa esse putat. Parum recte. Chrysippi verba prorsus aliud quid significare ex ipso loci contextu [5]) apparet: *ἀληθορκεῖν* (*ἐπιορκεῖν*) et *εὐορκεῖν* (*ψευδορκεῖν*) non ita inter se differunt, ut ad assertorium quod dicunt ius iurandum alterum spectet, ad promissorium alterum: ad unum et idem pertinent ius iurandum, ita tamen ut, quo tempore iurat quis, *ἀληθορκῇ* aut *ψευδορκῇ*, postea cum iam perficienda sunt promissa, *εὐορκῇ* aut *ἐπιορκῇ* [6]).

---

1) cf. Schömann-Lipsius Gr. Alterthümer[4], II p. 268 sqq.
L. Schmidt, Ethik der alten Griechen II p. 3 sqq.
R. Hirzel, der Eid.
E. v. Lasaulx. Der Eid bei den Griechen.

2) cf. Hirzel p. 2, 2.

3) Schmidt, Ethik II, p. 8.

4) Lasaulx o. l. p. 30, 122; Ziebarth o. l. p. 43; Augustin o. l. p. 17, 2.

5) Stob. flor. 28, 15 (Mein.): *Χρύσιππος διαφέρειν ἔφη τὸ ἀληθορκεῖν τοῦ εὐορκεῖν, καὶ τὸ ἐπιορκεῖν τοῦ ψευδορκεῖν· τὸν μὲν ὀμνύντα καθ' ὃν ὀμνύει καιρὸν πάντως ἢ ἀληθορκεῖν ἢ ψευδορκεῖν· τὸ γὰρ ὀμνύμενον ὑπ' αὐτοῦ ἢ ἀληθὲς εἶναι ἢ ψεῦδος, ἐπειδὴ ἀξίωμα τυγχάνει ὄν· τὸν δὲ ὀμνύντα μὴ πάντως καθ' ὃν ὀμνύει χρόνον ἢ εὐορκεῖν ἢ ἐπιορκεῖν, ὅτε μὴ πάρεστιν ὁ χρόνος, εἰς ὃν ἡ ἀναφορὰ τῶν ὅρκων ἐγίγνετο. ὃν τρόπον γὰρ λέγεσθαί τινα εὐσυνθετεῖν ἢ ἀσυνθετεῖν, οὐχ ὅτε συντίθεται ἀλλ' ὅτε οἱ χρόνοι ἐνίστανται τῶν κατὰ τὰς ὁμολογίας οὕτω καὶ εὐορκεῖν τις καὶ ἐπιορκεῖν ῥηθήσεται, ὅταν οἱ καιροὶ παραστῶσι, καθ' οὓς ὡμολόγησεν ἐπιτελέσειν τὰ κατὰ τοὺς ὅρκους.*

6) cf. Hirzel o. l. p. 76, 1.

Primum a Hierocle Neo-platonico [1]), quod sciamus, duo haec genera iuris iurandi discernuntur, qui *τὸ γὰρ ἀμφίβολον*, inquit, *τῆς ἀνθρωπίνης προαιρέσεως εἰς βεβαιότητα μεταῤῥυθμίζει* (sc. *ὁ ὅρκος*) *καὶ μένειν ἐπὶ τῆς ταὐτότητος ἀναγκάζει ἔν τε λόγοις καὶ ἔργοις, τοῦτο μὲν γεγενημένων τὸ σαφὲς ἐκφαίνων τοῦτο δὲ τῶν μελλόντων γενήσεσθαι τὸ βέβαιον ἀπαιτῶν.*

Attamen etiam hic res ipsae diu iam usurpabantur, antequam artis praeceptis discernebantur. Utrumque genus iuramentorum vel ante Chrysippum complures apud scriptores legitur, quamquam recte docet Hirzel [2]) apud antiquos omnibus fere locis ubi de iure iurando est sermo, disputationem ad ius iurandum pertinere promissorium longeque plurima iuramenta huius esse generis.

Nostrum est inquirere, quae apud tragicos magnos utriusque generis sit ratio, genusne utrumque legatur an unum tantum.

De Aeschylo. Iuramenta, Aeschyleis in versibus quae leguntur, accuratius si observamus, apparet prope omnia haec esse promissoria.

P r o m i s s o r i a i u r r. *Sept. adv. Theb.* 46 sqq. principes iurasse dicuntur urbem se deleturos, vs. 516 idem Parthenopaeus.

Ag. 1283 [3]) Cassandra deos iuramentum dedisse dicit, ultorem venturum esse Agamemnonis et *ἄξειν νιν ὑπτίασμα κειμένου πατρός.*

Choeph. 976. Clytaemestra et Aegistheus narrantur iure iurando se obstrinxisse Agamemnonem necare unaque mortem obire. Sermo igitur est de promisso dato.

Eum. 486 sermo est de iure iurando iudicum, in ineundo munere dando [4]). Ad idem pertinent vss. 492 [5]), 683, 713.

Eum. 624 veri simile est ius iurandum promissorium Apollini ante oculos versari.

Eum. 767. ius iurandum Orestis, quo pollicetur se dehinc Athenas defensurum, est promissorium (ad idem hoc pertinent *ὁρκώματα* vs. 771).

---

1) de eo cf. Z e l l e r, Phil. d. Gr. III, 2[4] pp. 812 sqq.

2) cf. Hirzel o. l. p. 4: Trotzdem darf man wohl sagen, dass die Theorie des Alterthums. . . . . den Eid wesentlich nur als promissorischen ins Auge fasste.

3) Quo modo hic locus sit legendus, parum constat. cf. Wecklein, Aeschylos, Orestie, Teubner 1888, p. 154, ad vs. 1283. Quod ad rem pertinet, controversia non est.

4) Lectio est incerta. Lego cum Weckleinio *φανῶ δικαστὰς ὁρκίων αἰδουμένους θεσμόν* . . . . cf. Weckl. Orestiae p. 328 ad vs. 486.

5) E u m. 492 lectio est incerta. Lego cum Weckl. *ὅρκων περῶντας μηδὲν ἐκδίκοις φρεσίν.* cf. Weckl. o. l. p. 328 ad vs. 492.

Hik. 212 Danaidae pollicentur se mandata patris non neglecturas.

Attamen non solum in promissis iuratur:

Assertoria iurr.: *Ag.* 1195 ἐκμαρτύρησον Cassandra chorum rogat προὐμόσας τῷδ' εἰδέναι [1]) λόγῳ παλαιὰς τῶνδ' ἁμαρτίας δόμων, affirmandum ei igitur iure iurando est virginem vere cecinisse mala regii generis.

Ag. 1432 legimus [2]): καὶ τήνδ' ἀκούεις ὁρκίων ἐμῶν θέμιν·
μὰ τὴν τέλειον τῆς ἐμῆς παιδὸς Δίκην
Ἄτην Ἐρινύνθ', αἷσι τόνδ' ἔσφαξ' ἐγώ,
οὔμοι Φόβου μέλαθρον ἐλπὶς ἐμπατεῖ
ἕως ἂν αἴθῃ πῦρ ἐφ' ἑστίας ἐμῆς
Αἴγισθος.

Clytaemestra hisce versibus se Aegistheo vivente nihil vereri affirmat, subaudiri tamen iureque iurando affirmari videtur promissum, quod vox, quae est ἕως satis indicat. Quod ad formam (dicit enim ἐμπατεῖ) ius iurandum est assertorium; quae eius verbis continentur promissum magis sunt habenda.

Ag. 1567. Quod ad verba pertinet ius iurandum hoc loco est assertorium. ἐγὼ δ' οὖν ἐθέλω, inquit Clytaemnestra, ... τάδε μὲν στέργειν, quamquam promissum subaudiri apparet ex iis, quae sequuntur: ὃ δέ λοιπόν, ἰόντ' ἐκ τῶνδε δόμων ἄλλην γενεὰν τρίβειν. (δαίμονι sc. Πλεισθενιδᾶν cf. 1568. . . . . . ὅρκους θεμένῃ). Rebus adhuc factis regina contenta esse vult, dummodo daemon quoque dehinc a domo sua recedat.

Eum. 432 chorus Eumenidum de Oreste: ὅρκον οὐ δέξαιτ' ἂν inquit, οὐ δοῦναι θέλοι. πρόκλησις εἰς ὅρκον [3]) in lite quae dicitur haec est. Postulant, ut iure iurando se matrem non necavisse affirmet iniuriaque a Furiis agitari, id quod facere non potest [4]). *Eum.* vs. 435 de eodem hoc iuramento sermo est.

Eum. 488. Athena ὑμεῖς δὲ μαρτύρια, iubet, τε καὶ τεκμήρια
καλεῖσθ' ἀρωγὰ τῆς δίκης ὁρκώματα.

---

1) Ita cum Weckl. (Orestiae. p. 111). Weckl.—Vitelli: τὸ μ' εἰδέναι. Lectio parum constat. cf. de hoc loco caput proximum.

2) Weckl. (Orestiae p. 125) putat vss. 1435—38 postea esse additos, quod si ita est, ius iurandum incipit 1439: κεῖται γυναικὸς τῆσδε λυμαντήριος sqq.

3) cf. de hac re Schöm—Lips. Gr. Alterth. I[4], p. 530.

4) Scholiastes adscripsit: οὕτως, φησί, φανερόν ἐστίν τὸ κατ' αὐτὸν ὡς μήτε αὐτὸν δύνασθαι ὀμόσαι ὅτι οὐκ ἔστι τοιοῦτος, μήτε θέλειν ὅρκον ἡμᾶς αἰτῆσαι, εἰ δικαίως αὐτὸν κολάζομεν cf. Aesch. Weckl.—Vitelli p. 435.

quae verba cum ad ius iurandum testibus dandum quin pertineant [1]), tum ad iuramenta data iis in causis, ubi cetera omnia argumenta desunt [2]), dubium non est. Utrumque ius iurandum assertorium est [3]).

Haec de iuramentis apud Aeschylum quae leguntur.

De Sophocle: Iurr. promissoria: omnia iuramenta, quae apud Sophoclem sive promissum continent, sive aliquid esse (non esse) affirmant, singula referre longum est neque necesse habeo. Sufficiat locos tantum enumerare: Sermo est de iure iurando *promissorio* quod dicitur: Aiac. 1113 (idem refertur 1233); Antig. 304, 369 [4]), 388 (idem 394), 758; El. 626, 1238; O. Col. 650, 1145, 1637, 1767; Phil. 72, 593 (idem 623), 811, 941, 1367; Trach. 255, 1181 (idem 1223).

Iurr. assertoria: De alterius generis iuramentis est sermo: Aiac. 649 [5]); Antig. 264, 535; El. 47 [6]), 881; O. R. 644 (ad idem ius iurandum pertinent 646, 651, 656) 660, 944; O. Col. 521; Phil. 357, 1289, 1293, 1324 [7]); Trach. 378, 399, 427.

Restant autem nonnulla iuramenta, de quibus difficile est certa ratione diiudicare, utrius sint generis. Medium quasi locum obtinent.

Antig. 184. ἐγὼ γὰρ, inquit Creo, ἴστω Ζεὺς ὁ πάνθ' ὁρῶν ἀεί,
οὔτ' ἂν σιωπήσαιμι τὴν ἄτην ὁρῶν . . . . .

Sane hisce verbis inest promissum, additur tamen condicio, est sententia potentialis quam dicunt, quae ad genus assertorium proxime accedit.

El. 1062 chorus affirmat iuratus diu impunos non fore eos, qui Agamemnonem necaverint. Sane ad tempus pertinent futurum

---

1) cf. de hisce iuramentis Schöm.-Lips. II⁴, p. 282; Meier-Schöm. Der Att. Process, p. 885.

2) cf. Meier-Schöm. o. l. p. 899.

3) Non iurabant Athenis testes se vere dicturos sed testimonia in tabula descriptum afferebantur in ἀνακρίσει quam dicebant. Coram iudice deinde iure iurando asseverabant testes se vera ea scripsisse. cf. Meier-Schöm. o. l. p. 885. Praeterea Hirzel o. l. p. 4, 6.

4) pertinet ad ius iurandum iudicum in ineundo magistratu. cf. Cap. proximum „quid valeat i. iur."

5) Non constat tamen. κοὐκ ἔστ' ἄελπτον, inquit Aiax tantum, οὐδὲν ἀλλ' ἁλίσκεται χὼ δεινὸς ὅρκος χαὶ περισκελεῖς φρένες.

Veri simile est ad promissum haec verba pertinere.

6) De voce, quae est ὅρκῳ (El. 47) cf. Cap. *de periurio*.

7) ὅμως δὲ λέξω, inquit Neoptolemus, Ζῆνα δ' ὅρκιον καλῶ. Iure iurando igitur affirmat se consilium cepisse omnia dicere.

verba *δαρὸν οὐκ ἀπόνητοι*, non tamen est promissum, quod affirmatur; asseverant virgines, quod verum esse putant.

O. R. 1086 quoque promissum quod proprie dicitur, non legitur. Dicit chorus opinionem suam, quam iuramento affirmat. Idem dici potest de verbis Oedipodis *O. C.* 623: praedicit exul, quod fore arbitratur [1]).

Venimus ad Euripidem.

De Euripide. Iurr. promissoria: Apud Euripidem ad ius iurandum promissorium quod dicitur pertinent: Andr. 1000; Hel. 835, ubi tamen ad ius iurandum assertorium verba Helenae proxime accedunt, quippe quae confiteatur se iurasse mortem potius obire velle, quam alii viro nubere. Promissum, quod proprie dicunt haec verba vix dici possunt.

Ad *Vs.* 977 idem annotari potest. Iuravit Menelaus, ut ipse dicit se ante mortem de vita fortiter dimicaturum.

Hik. 1188 (de eodem iure iurando sermo est vss. 1202, 1229, 1232); *Hipp.* 612 (ad idem pertinent vss. 657, 1063, 1306, 1309), 713; *Iph.* A. 57 (idem vss. 71, 391, 395), 473, 948; *Iph. T.* 735, 974, 1076; *Ion.* 870; *Med.* 21 (idem 160, 168), 439, 492, 735. 737 (idem 746, 752), 1059; (*Rhes.*) 468 [2]); *Phoen.* 427, 481, 1241.

Iurr. assertoria: Ad alterum genus pertinent: *Alc.* 439; *Andr* 37, 934, quamquam etiamhic condicio subauditur. Sententia est irrealis quam dicunt. *El.* 43; *Herc. fur.* 858; *Hik.* (260), 1174, quo utroque loco de iusto iuramento sermonem esse vix dici potest; *Hipp.* (219) [3]), 960, 1025, (idem vss. 1036, 1055), 1191 (exsecratio, non iustum iusiurandum ad sententiam affirmandam adhibetur); *Iph. A.* 739; *Ion.* 1528; *Med.* 619; *Cycl.* 262 [4]), 271 (exsecratione sui ipsius chorus affirmat se mentitum non esse); *Or.* 1516; (Rhes.) 825, 876); Phoen. 433, 491, 626, 1677 [5]).

---

1) Iustum ius iurandum non legitur hoc loco, sed formula ad ius iurandum proxime accedens, de quibus vide p. 51.

2) Tragoediam, Rhesus quae inscribitur, veri simile est non esse Euripideam cf. Pauly.-Wissowa VI, 1 coll. 1264 sqq.; Christ o. l.[5], 1, pp. 287.

3) *πρὸς θεῶν*, inquit Phaedra, *ἔραμαι κυσὶ θωύξαι*. Forma sane est iuris iurandi assertorii quod dicitur, re tamen nihil fere significant verba *πρὸς θεῶν*, ad complendam orationem sermoni tantum inculcantur.

4) Verba quae sunt *οὐ μά Δί* aliasque eiusmodi formulas in hac fabula saepius usurpatas (9, 154, 555, 560, 583, 586) iusta iuramenta non esse, nemo negabit; Deum vere contestari minime in animo est.

5) Hipp. 976 et 1250 iusta iuramenta non leguntur, sed formulae affirmationis, quae tamen iuris iurandi vim in vita cotidiana habere solent.

Apud Euripidem quoque nonnulla iuramenta leguntur, quae inter utrumque genus quasi locum obtinent medium. Praeter ea, de quibus supra iam est disputatum [1]), sunt haec: *Hel.* 348, ubi ipsa Helena narrat se per testem Eurotam iurasse. *σέ δέ*, inquit *κατόμοσα . . . . . θανόντος εἰ βάξις ἔτυμος ἀνδρός ἅ δε μοι . . . . Φόνιον αἰώρημα διὰ δέρης ὀρέξομαι.* Proprie non est promissum quod asseveratur, sed id, quod secum constituit.

Iph. A. 1414 *ἄχθομαι τ'*, inquit Achilles, *ἴστω Θέτις,*
εἰ μή σε σώσω Δαναΐδαισι διὰ μάχης
ἐλθών.

Videtur hoc esse ius iurandum assertorium quamquam ex verbis, quae sequuntur, in iis promissum quoque dari apparet. Utrumque genus quasi hisce verbis inest. Etenim Achilles non solum asseverat se dolere, verum etiam se, si fieri poterit, Iphigeniam servaturum.

(*Rhes.*) 816. Hector iuratus affirmat se vigiles puniturum; verba eius igitur promissum continent, minas, verbo tenus tamen est affirmatio, quae asseveratur [2]).

De Fragmentis In fragmentis sermo esse videtur de iure iurando promissorio: *Aesch.* fr. 394, quamquam etiam ad genus assertorium pertinere possunt haec verba. *Soph.* frr. 431, 846, 847, 742 (utrum ad genus haec iuramenta pertineant, diiudicari non potest.) Neque de fr. 315, statuere hoc licet. *Eur.* fr. 286, 5 sqq.

Ad alterum genus pertinent: *Eur.* fr. 486 (fieri potest tamen, ut ad promissum affirmandum quoque tale ius iurandum detur). Omnia haec iuramenta postquam perpendimus, statuere licet apud tragicos poetas [3]) totidem fere locis de iure iurando assertorio

---

1) cf. Hel. 835, 977.

2) *εὖ νῦν τόδ' ἴστε, Ζεὺς ὀμώμοσται πατήρ,*
ἤτοι μάραγνά γ' ἢ καρανιστὴς μόρος
μένει σε δρῶντα τοιάδ'.

3) Trotzdem, inquit Hirzel p. 4 o. l., darf man wohl sagen, dass die Theorie des Alterthums, so weit sie nicht durch besondere Rücksichten, gebunden war, den Eid nur als promissorischen ins Auge fasste.

Sane horum iuramentorum permulta sive ad ipsos mores iudiciales pertinent, sive ad exemplum eiusmodi iuramentorum sunt data, quod capite proximo accuratius indicaturus sum, sunt tamen etiam permulta, quae ad veritatem tantum sermonis affirmandam dentur. cf. Soph. *El.* 881; *O. Col.* 521; *Phil.* 357; Eur. *Alc.* 439; *Andr.* 37, 934; *Herc.* f. 858.

Quid Hirzel p. 4 dicere velit hisce verbis: „So weit sie nicht durch besondere Rücksichten gebunden war", non intellego. Significantne ius

esse sermonem, quod quacunque de causa datur, atque de promissoriô. Solus Aeschylus plura habet iuramenta promissoria.

Fragmenta nimis sunt incerta, quam ut ex iis aliquid certi concludatur, id quod ex fabulis relictis facere iam difficillimum est, quia paucae admodum restant. Obliviscendum praeterea non est, iis in fabulis, ubi de quaestione sit sermo, iuramenta dari plurima assertoria quae dicuntur, consentaneum esse, quippe quae in lite saepius usurparentur Athenis [1]). Cum iis, quae in fabulis traduntur, arte iuramenta quoque, quae dantur, cohaerent neque, etiamsi in tragoediis totidem fere utriusque generis inveniri appareat, inde derivari licet utrumque genus apud Athenienses pariter fuisse in usu.

---

iurandum tunc praecipue dari, quando veritas alia ratione diudicari non potest? (Hoc conicio ex iis, quae annotat: Rhet. ad. Alex. 18, p. 1432: ὅρκος δ' ἐστὶ μέτα θείας παραλήψεως φάσις ἀναπόδεικτος). Sed hoc iuris iurandi assertorii naturae inesse supra iam satis est demonstratum. Est ius iurandum maximum veritatis testimonium, ultimum refugium neque solum ad iudices ita iuratur, quod locis supra laudatis satis apparet.

1) iure Hirzel p. 4 o. l. de iure iurando assertorio: „diejenige Art, inquit, des Eides, die namentlich vor Gericht zur Anwendung kommt."

III. Quid valeat ius iurandum.

A. In vita publica.

Capite superiore postquam vidimus, cur apud tragicos poetas iuretur, investigandum nunc est, quae iuris iurandi apud eos sit vis, ad quam statuendam primum observemus iuramenta, ad rem publicam quodammodo quae pertineant, publice quasi data, deinde ea, quae iurentur privatim.

Notissimus est locus ille Lycurgi, ubi in oratione adversus Leocratem habita (79), Athenienses alloquens: *καὶ τοῦϑ*, inquit, *ὑμᾶς δεῖ μαϑεῖν ὅτι τὸ σύνεχον τὴν δημοκρατίαν ὅρκος ἐστί· τρία γάρ ἐστιν ἐξ ὧν ἡ πολίτεια συνέστηκεν· ὁ ἄρχων, ὁ δικαστής, ὁ ἰδιώτης. τούτων τοίνυν ἕκαστος ταύτην πίστιν δίδωσιν, εἰκότως.*

Apud alios, sive fere isdem sive aliis verbis eadem dicuntur, inter quos imprimis laudandi sunt Andocides [1]) et Lysias [2]). Congruit usus, qui permagnus iuris iurandi in iudicio erat, tantus, ut Platonem querentem: *εὖ εἰδέναι*, audiamus, *σμικροῦ δεῖν τοὺς ἡμίσεις αὐτῶν* ('Αϑηναίων sc.) *ἐπιωρκηκότας* [3]). Nec in tragicorum operibus desunt indicia e quibus plurimum adhiberi ius iurandum in vita publica apparet, quamquam unusquisque facile rem prorsus alio modo in tragoediis se habere atque in operibus oratorum intelleget. Oratores omni ex parte cum re publica erant coniuncti, orationes suas ad iudices plerumque, ad magistratus habent, saepius agunt de rebus, ad totam civitatem quae pertinent. Admonent et iudices et testes de iuramentis sive in ineundo magistratu, sive ad res

---

1) cf. Andoc. 1, 9: *ὁρῶν ὑμᾶς καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις καὶ ἐν τοῖς δημοσίοις περὶ πλείστου τοῦτο ποιουμένους ψηφίζεσϑαι κατὰ τοὺς ὅρκους ὅπερ καὶ συνέχει μόνον τὴν πόλιν.*

2) cf. Lys. De Sal. rei publ. 29; cf. praeterea locos, quos affert Lasaulx o. l.: Lys. VI, 39, 45; XVI, 88, 89; XXV, 23, 28, 34; XXVI, 16.

3) cf. Legg. XII p. 948, B. deque iure iurando in iudicio saepius adhibito Meier—Schöm. Der Attische Process. pp. 825, 898.

asseverandas datis, quin omnia genera iuris iurandi, apud eos quae commemorantur, enumerare longum est.

Nec mirum ius iurandum in urbe Atheniensium tam saepe usurpari tantique haberi, quippe cuius instituta multis ex partibus religione niterentur. In omnes civitatis partes haec penetraverat. „Tief, iure observat Augustin [1]), ragten die herkömmlichen religiosen Einrichtungen in alle staatlichen und bürgerlichen Verhältnisse hinein" et paulo post: „Die sittlichen Momente der Religion waren neben den rechtlichen Formen (Platonis sc. aetate, de qua agit Augustin) immer noch für den Staat ein erwünschtes Mittel um namentlich durch die Furcht, aus welche sie hervor gegangen, den bürgerlichen Satzungen und Vereinbarungen Ansehen und Gehorsam zu sichern" [2]).

Itaque nec tragicos aliter censere verisimile est, quod utrum appareat ex eorum operibus investigemus.

In fabulis Aeschyleis iam ante vidimus septem principes foedus suum iure iurando sanxisse [3]). Apud Sophoclem de simili re sermo est Philoct. 72 sqq., ubi Ulixes narrat principes iuratos pollicitos esse ante initam expeditionem alium alii auxilium laturum. Eodem modo se obligant *Eur.* Phoen. 1240 Polynices et Eteocles ceterique duces: *ὅρκους συνῆψαν ἐμμενεῖν στρατηλάται,*
ἐπί τοῖσδε δ' ἐσπείσαντο . . . . .

Ius iurandum igitur adhiberi apparet cum foederis confirmandi causa, tum ad statuendas ante initam pugnam condiciones.

Ius iurandum vel ad iudices, vel ab hisce datum pluribus locis apud tragicos quoque commemoratur, inter quos notatione est dignissimus Aesch. Eum. 432, ubi *ἀλλ' ὅρκον οὐ δέξαιτ' ἄν, οὐ δοῦναι θέλοι* [4]), inquiunt Furiae.

Dea tamen non sinit Orestem iurare ipsaque dicit qua de re vs. 435: *ὅρκοις τὰ μὲν δίκαια μὴ νικᾶν λέγω* . . . . i. e. ut iure inquit

---

1) o. l. p. 8, v. Wil. Arist. u. Ath, II p. 48.

2) Magnum hac in re interest inter rem publicam Atheniensium atque Romanorum cf. v. Ihering, Geist des röm. Rechts, I § 21 pp. 343. 44, § 8, p. 99.

3) cf. Sept. adv. Theb. 42 sqq.

4) Lego *θέλοι* cum Blass, qui iure h. l. observat: „dasz die Thatsache doch noch nicht constatirt sein kann." cf. Blass. Die Eumeniden p. 122.

Quod ad ipsum ius iurandum pertinet cf. Blass o. l. pp. 121 sqq: „In dem ältesten Rechtsverfahren, welches die Eumeniden allein kennen, gab es kein anderes Beweismittel als den Eid der Parteien (affert exempla, inter quae Platon. Legg. XII, 948. B.).

Blass l l.: das Recht soll durch sich selbst siegen, durch Überlegung der Sache, während das Unrecht sich hinter Eide zu decken sucht [1]).

Prorsus alio modo sane Hirzel [2]) explicare videtur, ubi: „Und dasz man in der That, observat, die Regel (dasz der Eid ein Beweismittel wie andere ist) so auffasste, lehrt uns die Athene des Aischylos, die von der Eidesdelation den Sieg der ungerechten Sache fürchtet" [3]), sed hoc metuere Minervam nusquam legitur. Dicit tantum iure iurando hoc tempore opus non esse: non est quaestio, utrum commiserit facinus Orestes annon, sed iure an iniuria. Ipsum illud, quod Furiae postulant, iniuria esset, quia hoc patiens Minerva concessisset, ut ex Oreste quaereretur: Necavistine matrem annon? quod quia negare non poterat, necesse erat eum damnari [4]). Accuratius autem totum locum percurramus:

Furiae rogant (430): *ποῦ γὰρ τοσοῦτο κέντρον ὡς μητροκτονεῖν;* quibus verbis non respondet dea, quippe quae referat: *δυοῖν παρόντοιν ἥμισυς λόγου πάρα* [5]). 'Αλλ' deinde Furiae obiciunt, *ὅρκον οὐ δέξαιτ' ἄν, οὐ δοῦναι θέλοι.*

Cuius postremi versus quae sit significatio, difficile est diiudicare; *ὅρκον δέχεσθαι* enim dicitur reus, ut docet Dindorf o. l. in voce *δέχεσθαι*, qui iuris iurandi condicionem ab adversario latam accipit; *δοῦναι*, qui condicionem offert [6]), quae si vera sunt, versus laudatus significat: Ipse iurare non vult ius iurandum (illud sc. quod nos ei imperamus) neque sinet nos iurare [7]).

---

1) Lectio est incerta. Alii legunt *τὰ μέν*, alii *τὰ μὴ*. Blass l l. iure putat *τὰ μέν* lectionem esse meliorem; dea enim praesente fieri non potest, ut vincant *τὰ μὴ δίκαια*.

2) cf. Hirzel o l. p. 107.

3) Legit igitur Hirzel cum M: *τὰ μή*.

4) cf. Meier-Schöm Der Att. Proc. p. 901: Wer es zugelassen hatte (solchen Eid zu schwören) musste ihn notwendig als beweisend anerkennen.

5) cf. Schol. *ὑμῖν*, qui adnotavit, *μὲν κατηγορεῖν, ἐκείνῳ δὲ ἀπολογεῖσθαι μηδὲ δίκην δικάσῃς πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς.* (Pseudophocylidea 87, Bergk. P. L. G.) cf. praeterea ius iurandum Heliastarum qui dicuntur, quos iuravisse Isocrates dicit: *ἦ μὴν ὁμοίως ἀκροάσεσθαι τῶν κατηγορούντων καὶ τῶν ἀπολογουμένων.* (Isocr. *περὶ ἀντιδόσεως* XXI, 8) cf. Das Attische Recht und Rechtsverfahren. Meier-Schömann-Lipsius p. 151 et praeterea: Cic. ad Atticum VII, 18.

6) cf. Meier-Schöm. Der Att. Pr. p. 898: Einem einen Eid zumuten heisst *ὅρκον δοῦναι*, den zugeschobenen annehmen *δέξασθαι*; den, der sich zum Eide erbietet, schwören lassen, ebenfalls *ὅρκον δοῦναι*.

7) Eodem modo interpretari videtur Schol., quippe qui: *ὡς μήτε*, adnotaverit, *αὐτὸν δύνασθαι ὀμόσαι ὅτι οὐκ ἔστι τοιοῦτος*, quae verba significare aliud vix

Ὅρκον δοῦναι καὶ δέξασθαι praeterea tamen dicitur de fide data et accepta [1]), ut ὅρκον δοῦναι dicitur pro ὀμνύναι et — δέξασθαι pro: „accipere ius iurandum." Locus laudatus igitur verti etiam potest: ius iurandum autem neque accipiet (nostrum sc.) neque ipse dare volet. Sed satis; utrum sit rectum non multum interest ad intellegenda ea, quae dicere cupiunt Furiae. Sermo est de eo, quod διωμοσία Athenis dicebatur, in qua reus innocentem se esse iurabat [2]), accusator contra iure se accusare, quae iuramenta antiquis temporibus unica argumenta erant.

Neque nunc dea Furiis morigeratur: κλύειν monet, δίκαιος μᾶλλον ἢ πρᾶξαι θέλοις [3]), quae cum non intellegat chorus (cf. 435), deinde accuratius ita explicat:

ὅρκοις τὰ μὲν δίκαια μὴ νικᾶν λέγω i. e.

rei iustae iure iurando opus non est.

Apparet igitur nihil hoc loco legi de iis, quae Hirzel affert [4]),

---

possunt nisi: fieri non potest, ut iuret nisi falso Orestes ius iurandum ei imperatum, se matrem sc. non necasse, quippe quod omnibus pateat. Deinde pergit Schol: μήτε θέλειν ὅρκον ἡμᾶς αἰτῆσαι i. e. οὐ δοῦναι θέλει: a nobis ius iurandum exigere non vult, nos iurare non sinit.

1) cf. Herod. VI, 23.

2) Iure Blass. o. l. p. 121: In dem ältesten Rechtsverfahren, welches die Eumeniden allein kennen, gab es anderes Beweismittel als den Eid der Parteien.

cf. Meier-Schöm. o. l. p. 827.

3) Ita lego cum Blass, cuius optima mihi videtur interpretatio cf. o. l. p. 122: Wolle lieber gerecht heiszen oder dein Zweck erreichen (die Rache vollziehen, 624). Malim tamen mutare θέλεις in θέλοις quam in θέλε, quod Blass proposuit.

4) „Der Eid (büsste) allmählig seine entscheidende Kraft ein, inquit Hirzel o. l. p. 107, und wurde ein Beweismittel neben andern, das um zu gelten erst selbst wieder der Prüfung bedurfte," et paulo post „Und dass man in der That die Regel so auffasste, lehrt uns die Athene des Aischylos, die von der Eidesdelation den Sieg der ungerechten Sache fürchtet und im Gegensatz hierzu das Anhören und die Aussprache beider Parteien fordert."

„τὰ μέν" si legimus, de victoria causae iniustae sermo omnino non est, verum etiam si cum Hirzel, aliis legimus „τά μή" de metu deae nihil legitur, Quod si legimus, interpretandum enim esse mihi videtur: Etiam si vos, Furiae quaestiones et iuramenta quam callidissime contexatis, ut Orestes reti quasi sit constrictus, nihilominus ὅρκοις τὰ μὴ δίκαια μὴ νικᾶν λέγω i. e. iuramentis rem iniustam victoriam non reportare dico (aio).

Minime praeterea Minerva „*im Gegensatz hierzu*", postulat, ut et Furiae et Orestes audiantur. Hoc erat consentaneum neque omnino resistunt Furiae (ἀλλ' ἐξέλεγχε, inquiunt, κρῖνε δ'εὐθεῖαν δίκην i. e. properes, quaeso, interrogare).

clare contra e versibus laudatis intellegitur quae iuris iurandi in iudicio esset vis atque auctoritas.

Ex deae verbis postremis apparet a iudicibus, Areopagitae qui post dicuntur, ius iurandum esse dandum [1]), quod ne neglegant Minerva itemque post Apollo [2]) monet, satis ea ipsa re demonstrantes, quanti sit pretii [3]).

Apud Sophoclem rarius de iure iurando in iudicio sive ab iudicibus, sive a litigatoribus dato fit mentio, quamquam non desunt eius indicia.

Minerva haec dicit eam solam ob causam (sc. utrasque partes se audire velle), quia primo obtutu videtur causa talis esse, qualem Furiae dicunt sc. Orestem esse nocentem. Eandem ob causam vs. 433 *κλύειν δίκαιος* sqq. choro obicit. Prius quam iusiurandum datur certo sciri oportet, quae sit causa.

1) Iudices a Minerva institui, qui crimina inquirerent *αἵματος χυτοῦ* Eum. 682 discimus ex ipsius deae verbis. Blass putat poetam consulto Minervam induxisse iuramenta reicientem. Aeschylus, inquit, o. l. p. 122, ist offenbar derselben Meinung (atque Plato sc. qui putabat, ut ait Blass: „man müsse den Eid der Interessirten abschaffen und nur den uninterissirten Richter schwören lassen); denn während das Attische Recht zwar nicht nach dem Eide der Parteien entscheiden liesz, aber diesen Eid (die *διωμοσία* Lys. X, 11; Demosthen. XXIII, 63, 68, 71) inconsequenterweise bei Blutgerichten und sonst (*ἀντωμοσία*) immernoch forderte, läszt A. in dem hier vorgeführten Urbilde eines Blutgerichtsverfahrens die *διωμοσία* einfach aus, wogegen die Richter auch bei ihm vereidigt sind."

cf. de iure iurando ad iudicem initio causae dando Rohde, Psyche [2] I, 18, 268 A. 2. Antiquis temporibus certe tamen hoc ius iurandum fuit documentum. cf. Ziebarth o. l. p. 44 sqq.

2) cf. de hoc iure iurando Meier-Schöm-Lips. o. l. pp. 151, 153 (dasz auszer diesen Eid noch ein zweiter vor jeder Sitzung von den Richtern zu leisten war, beruht nur auf irrtümlicher Annahme).

3) cf. vs. 490 sqq. *ἄξω διαιρεῖν τοῦτο πρᾶγμ' ἐτητύμως*
ὅρκων περῶντας μηδὲν ἐκδίκοις φρεσίν.

Ita lego cum Wecklein (Orestie p. 287)

vs. 486: *φόνων δικαστὰς ὁρκίους αἱρουμένη* (ita cum Blass, v. 483)
θεσμὸν τὸν εἰς ἅπαντ' ἐγὼ θήσω χρόνον.

vs. 711: *ὀρθοῦσθαι δὲ χρή*
καὶ ψῆφον αἴρειν καὶ διαγνῶναι δίκην
αἰδουμένους τὸν ὅρκον.

Eum. vs. 488: *ὑμεῖς δὲ μαρτύριά τε καὶ τεκμήρια*
καλεῖσθ' ἀρωγὰ τῆς δίκης ὁρκώματα.

ὅρκωμα, exceptis hoc loco et Eum. 771 nusquam legitur. Significare videtur fere idem atque *πίστωμα* (cf. Wecklein p. 287 Orest.; Blass o. l. p. 128) Lectio tamen non constat. *κώ* in rasura est. Pauw coniecit *ὀρθώματα*, nullum exemplum tamen afferens ita hanc vocem usurpari. Praeterea non est, cur mutemus.

Ant. 534 enim, ubi Creo Ismenam interrogans,

> φέρ' εἰπὲ, inquit, δή μοι, καὶ σὺ τοῦδε τοῦ τάφου
> φήσεις μετασχεῖν ἢ 'ξομῇ τὸ μὴ εἰδέναι;

est iudex, qui reum interrogat, non avunculus.

In iudicio quia reum iurare tale quid rarum non erat minime mirum tyrannum hoc rogare [1]), quamquam in litibus adversarius sane, nunquam tamen iudex [2]) a reo ius iurandum postulabat ad innocentiam probandam.

Apud Euripidem eodem modo ius iurandum adhibetur:

Hik. 1187 foedus iure iurando sancitur. Minerva Theseum iubet ius iurandum exigere ab Adrasto:

> ἀλλ' ἀντὶ τῶν σῶν καὶ πόλεως μοχθημάτων, inquit,
> πρῶτον λαβ' ὅρκον· τόνδε δ' ὀμνύναι χρεών
> Ἄδραστον. οὗτως κύριος τύραννος ὢν . . . . . ὁρκωμοτεῖν [3]).

---

1) cf. Meier-Schömann o. l. p. 901: Oftmals bezweckte die πρόκλησις zum Eide nicht blosz den Beweis eines einzelnen Punktes, sondern die Entscheidung des ganzen Rechtshandels ohne weiteren Process.

2) cf. Meier-Schömann o. l. p. 898, A. 377: Von einem durch die Behörde auferlegten Eide findet sich im Attischen Processe kein Spur.

3) Ius iurandum hoc ad foedus sanciendum imperatum ab ipsa Minerva notatione dignissimum est, quia ex eo apparet, quo modo id aetatis talia fierent. Regem Adrastum iurare pro toto populo consentaneum est, ei licet πάσης ὑπὲρ γῆς Δαναΐδων ὁρκωμοτεῖν. Sequitur ipsum ius iurandum: μήποτ' Ἀργείους . . . . ἐποίσειν sqq., quod finitur imprecatione poenae in eos, qui nihilominus in fines irrumpant: ἢν δ' ὅρκον ἐκλιπόντες ἔλθωσιν πόλιν, κακῶς ὀλέσθαι πρόστρεπ' Ἀργείων χθόνα. Iuramenti partium ordo idem est atque Iph. A. 735 sqq.; Med. 742, sqq.

Victima deinde immolatur ad omnia confirmanda: ἐν ᾧ δὲ τέμνειν σφάγια χρή σ' ἄκουέ μου cf. Phoen. 1240; Aesch. Sept. adv. Theb. 42 sqq.

Nondum tamen contenta est dea, etiam quo modo ius iurandum servari velit, indicans vss. 1202 sqq.

> ἐν τῷδε, iubet, ἔγγραψον ὅρκους τρίποδος ἐν κοίλῳ κύτει
> κἄπειτα σώζειν θεῷ δὸς ᾧ Δελφῶν μέλει
> μνημεῖά θ' ὅρκων μαρτύρημά θ' Ἑλλάδι.

cf. praeterea de hac consuetudine Thuc. V, 18 et exempla, quae affert Lasaulx o. l. p. 12: Polyb. XXII, 26; XXIII, 19, alia.

Quaestio est, cur Delphos tripous mitti iubeatur.

Thucydides V, 18, 10 narrat tripodes mitti Olympia et Delphos: (Ὀλυμπίασι καὶ Πυθοῖ); h. l. Minerva iubet: σῴζειν θεῷ δὸς, ᾧ Δελφῶν μέλει (1203), ipsum propositum accurate indicans: μνημεῖά θ' ὅρκων μαρτύρημά θ' Ἑλλάδι.

Magno igitur honore templum Delphicum hoc mandato afficitur. Fieri potest, ut huius honoris permagni causa esset, quod in pacis, quae Niciae dicitur, condicionibus constituendis, constitutum erat, templum Appolinis

De *Phoen.* 1240 supra iam fuit sermo.

In iuramentis privatim iuratis praeterea apparebit, complura eorum quodammodo cohaerere cum rei publicae moribus iudicialibus. Tragoediarum personae tamen, etiamsi sint reges vel magistratus, vulgo non agunt pro imperio, plerumque sunt homines privati in scaenam cum inducuntur.

B. In vita privata.

Apud Aeschylum iuramenta si observamus a viris privatis datis, ut quid valeant statuatur, primo loco inquirendum est in ius iurandum Parthenopaei, qui optans, ut Thebanis persuasum sit, se urbem eorum vi agressurum, non solum minas effundit magnas, sed etiam, quo maxima earum esset vis iure iurando has affirmat. *ὄμνυσι*, inquit nuntius, [1]) *δ'αἰχμὴν . . . . ἦ μὴν λαπάξειν ἄστυ Καδμείων βίᾳ Διός.* Minas, licet iure iurando confirmatas, magnam habere auctoritatem non apparet. Minime iis perterritus Eteocles cedit, quippe qui respondeat:

εἰ γὰρ τύχοιεν ὧν φρονοῦσι πρὸς θεῶν
αὐτοῖς ἐκείνοις ἀνοσίοις κομπάσμασιν·
ἦ τἂν πανώλεις παγκάκως τὀλοίατο

et deinde adversarium ei opponat Actorem.

Ag. 1195 *ἐκμαρτύρησον* Cassandra chorum orat, *προὔμοσας τῷδ'*

---

sui iuris dehinc fore, cf. Hiller v. Gaertringen apud P. W. i. v. Delphoi col. 1558: Dies benutzte, wie es scheint Alcibiades, dessen grosze Politik gerade in diese Zeit fällt. *Delphi geht auf kurze Zeit in Athenisches Fahrwasser über.* Die Anzeichen hierfür sind bisher wenig beachtet sqq. cf. Dittenb. Syll. I. Gr.[2]. N°. 20, pp. 33, sqq. neque mirum est Euripidem, qui hac aetate *Hiketides* suas in scaenam misit versu laudato Delphos honore affecisse. Tragoedia quoque, *Ion* quae inscribitur huius est aetatis. (cf. P.-W. col. 2559; Christ.[5] I 349; Dieterich apud P. W. col. 1259).

De aliis tripodibus Delphos missis cf. Dittenb. S. I. G.[2] I, 7; Reisch apud P.-W. i. v. Dreifuss col. 1685 sqq. et Delphoi col. 1554; Larfeld o. l. I p. 183.

1) cf. Sept. adv. Theb. 516. Accurate si distinguitur Parthenopaeus non homo est privatus ita iurans, pro militibus quoque suis vota nuncupat.

εἰδέναι λόγῳ παλαιὰς τῶνδ' ἁμαρτίας δόμων [1]. Et *ἐκμαρτύρηστον* et *προὔμοσας* voces sunt ex usu iudiciali pernotae. Vocabulo *ἐκμαρτυρεῖν* [2] indicat virgo se narravisse mala pristina, velut si adfuisset, id quod paulo post chorus, quamquam iurare non voluit, non negat [3]. Chorum rogat Cassandra ut testetur, quia ipsa non poterit testimonium dare.

προωμοσία ius iurandum erat accusatoris, cui per *ἀντωμοσίαν* quae dicebatur, reus respondebat [4], de qua re hoc loco tamen sermo non est. Cassandra tantum rogat, ut iure iurando chorus *ἐκμαρτυρίαν* affirmet, quod in iudicio Athenis etiam fieri solebat [5]. Minime chorus vel Cassandra crimen ad iudices defert.

Chorus ei non obsecutus, recusat. Vs. 1197 *καὶ πῶς ἄν*, inquit,

πῆμα ὅρκοις γενναίως παγὲν παιώνιον γένοιτο;

Veretur, ne damnum ipso iuramento confirmetur [6], maius fiat, quod minime prodesset. Iuramento opus non est, quia salutare non

---

1) Ag. 1195 lectio est incerta: *τὸ μ'εἰδέναι* Wecklein-Vitelli; *τῷδ'εἰδέναι* Wecklein, Orestie pp. 111, 153 (cf. Stud. p. 7); Weil *τὸ μὴ εἰδέναι* (cf. Anhang Orestie Wecklein p. 185) Lego cum Wecklein *τῷδ' εἰδέναι*.

Iure W. vertit: schwöre und bezeuge dann, dasz du die alten Frevel dieses Hauses aus meiner Rede, wie von einer Augenzeugin erfahren hast.

2) *ἐκμαρτυρεῖν*, testari aliquid, quod quis non ipse vidit, sed ab altero audivit cf. Thalheim a. P.-W. i. v. *ἐκμαρτυρία* coll. 2213 sqq. Schöm-Lips. Gr. Alterthümer I[4], p. 529; Meier-Schöm, o. l. p. 879: Wenn aber diejenigen, auf deren Zeugniss mann sich berief durch Abwesenheit oder Krankheit gehindert waren persönlich zu erscheinen, so musste ihnen ihre Aussage im Beisein einiger zuverlässigen Leute schriftlich abgenommen werden und diese müssten dieselben, wenn sie zu den Acten gelegt ward, zugleich durch ihr Zeugniss, dass sie wirklich so, wie sie beigebracht worden war, in ihrer Gegenwart abgelegt worden sei, bekräftigen. Solche Aussage Kranker oder Abwesender hiess *ἐκμαρτυρία* cf. Poll. VIII, 36; Etym. M. 324, 1; Suidas i. v.

3) cf. vs. 1200 *ὥσπερ εἰ παρεστάτεις.*

4) cf. Meier-Schöm. pp. 826, 827.

5) De iure iurando testium cf. Meier-Schöm. o. l. 885.

6) Lectio est incerta: MSS. *ὅρκος πῆμα*. Auratus *ὅρκου πῆμα*. Weckl. Vit. *ὅρκου πῆγμα*, quod si legimus voci *παγέν* inest vis concessiva cf. Weckl. Or. p. 111: d. i. mag der Eid auch mit noch so aufrichtigem und wahrhaftigem Sinne geschworen sein.

Melius mihi videtur cum codd. legere: *πῆμα* et deinde pro *ὅρκος ὅρκοις*, quod si fit *παιώνιον* vs. 1198 est pro substantivo, et *πῆμα γενναίως παγέν* appositio ad *ὅρκος* : *ὅρκος, πῆμα γενναίως παγέν, παιώνιον* .... Verto: Quo modo ius iurandum, damnum (malum) quam maxime confirmatum i. e. damni (mali) confirmatio maxima, (aliquid) salutiferum esse potest?

videtur. Chorus haec verba dicens, ipsius poetae opinionem fortasse refert, quam eandem e parvo iuramentorum numero ante coniectura iam statuimus.

Ag. 1283. *ὀμώμοται γὰρ*, legitur, *ὅρκος ἐκ θεῶν μέγας*
ἄξειν νιν ὑπτίασμα κειμένου πατρός [1]).

Quamvis horum verborum lectio sit incerta, sententia satis constat. Etenim sive legimus *ὀμώμοται*, sive cum Kirchof *ἄραρε γάρ*, iure iurando deorum omnis dubitatio resecatur. Ultor veniet, iurati dei hoc statuerunt, fieri non potest, quin ita eveniat.

Ag. 1432 et 1568. Clytaemestra iure iurando dato maximum veritatis testimonium dare cupit.

Vs. 1568 non iniuria iuramentum videtur addi, solis promissis vix crederetur, quia quae *στέγειν* se pollicetur, ipsa dicit *δύστλητα*. Iurat, se, dummodo Pleisthenidarum recedat a domo sua daemon, contentam fore iis, quae facta sint, *δύστλητά περ' ὄνθ'*.

Vs. 1432 contra, ubi affirmat iurata se Aegistheo vivente, nihil timere, iuramento nihil opus est, est iactatio inanis.

Choeph. 975. Orestes commemorat Aegistheo et Clytaemestrae contigisse id, quod iuravissent. *ὅρκος*, inquit, *ἐμμένει πιστώμασιν.*
ξυνώμοσαν μὲν θάνατον ἀθλίῳ πατρί
καὶ ξυνθανεῖσθαι. καὶ τάδ' εὐορκῶς ἔχει [2]).

Eum. 217. quamquam apparet iuris iurandi auctoritatem non omnium esse maximam, quippe cui *εὐνή* antecedat, ex eo ipso, quod cum eo *εὐνή* comparatur, quanti sit pretii satis intellegitur [3]).

Eum. 624 *ὅρκος γὰρ* legitur *οὔτι Ζηνὸς ἰσχύει πλέον.*

Vs. 621 Apollo iudices iubet Iovis voluntati obtemperare, quia ut deus ait, ne ius iurandum quidem plus valet quam ipse Iuppiter. Licet ex lege, quam in magistratu ineundo se servaturos iuraverunt, Orestes sit condemnandus, eum absolvere debent. Ipse enim deus optimus maximus, qui omnium, etiam iuris iurandi est dominus, per Apollinem Orestem iusserat patrem ulcisci. Hic, quippe qui ius dederit, cuius nomine ipsi iudices ius dicant, cuius imperium

---

1) Lectio est incerta cf. Wecklein. Appendic. p. 189.

2) cf. Choeph. 894.

Blass. 975 coniecit *ὅρκου*, quod si cum eo legimus *πάθη* est subjectum: *πάθη ὅρκου ἐμμένει πιστώμασιν.*

3) *εὐνή* iuri iurando praeponitur, quia matrimonio fata explentur, qua de re *εὐνή* etiam *μόρσιμος* dicitur cf. Weckl. Or. p. 268; Blass. Eum. p. 94 (cf. Eum. 961).

omni lege sit maius, iniuriam facere non potest [1]), βουλῇ πιφαύσκω monet Apollo δ' ὔμμ' ἐπισπέσθαι πατρός.

Minime igitur verba Apollinis iuri iurando obtrectant, apparet contra ex iis magna eius auctoritas. Solus Iuppiter, deus summus iuramenti vinculo non est constrictus.

Eum. 767 ὁρκωμότησας, inquit Orestes, νῦν ἄπειμι πρὸς δόμους
μήτοι τιν' ἄνδρα . . . . ἐποίσειν δόρυ [2]).

Maiorem fidem dare non potest χώρᾳ τῇδε καὶ τῷ (σῷ) στρατῷ τὸ λοιπὸν εἰς ἅπαντα πλειστήρη χρόνον. Solum postea iam monet, quo modo iuramentum datum servare [3]) in animo habeat.

Dubitare licet, annon hoc loco Orestes iuramentum dederit pro se solo ut vir privatus. Iam vs. 672 enim Apollo Minervae

τὸν δ' ἔπεμψα, inquit, σῶν δόμων ἐφέστιον
ὅπως γένοιτο πιστὸς εἰς τὸ πᾶν χρόνου
καὶ τόνδ' ἐπικτήσαιο σύμμαχον θεά
καὶ τοὺς ἔπειτα.

Postquam absolutus est Argos redire Oresti licet hereditatemque patris adire regiam.

Apud Sophoclem.

Aiac. 648 κοὐκ, queritur Aiax, ἄελπτον οὐδέν, ἀλλ' ἁλίσκεται
χὠ δεινὸς ὅρκος χαἰ περισκελεῖς φρένες.

---

1) Hirzel o. l. p. 123 haec verba Apollinis laudat, quibus demonstret auctoritatem iuris iurandi Graecis non fuisse tantam, ut frangi non posset. Laudat praeterea Archilochi fr. 74, Bergk [3]; (Hiller-Crusius, Anthologia lyrica 71): χρημάτων ἄελπτον οὐδὲν ἔστ' ἀπώμοτον οὐδὲ θαυμάσιον sqq. ubi tamen nihil aliud dicitur, nisi hominem nescire futura neque mutare posse, de qua re loco laudato Eumenidum sermo non est (cf. fr. 74 Archil.; Antig. 388; fr. Eur. 761). Nimium Hirzel verbis Archilochi tribuit. Sermo est de solis defectu, qui homines perterrefecit. Si id fieri potest, ἐκ δὲ τοῦ, inquit poeta, καὶ πιστὰ πάντα κἀπίελπτα γίγνεται ἀνδράσιν: Nihil dehinc miratione est dignum. Eum. 624 autem de re prorsus alia agitur, omnino non de rebus futuris: magna potentia solum Iovis laudatur, (cf. Ag. 170 sqq.) cuius imperio est parendum, etiamsi ius iurandum vetet. Iuppiter est, ut Hirzel ipse o. l. p. 145 dixit, zu allen Zeiten Herr und Hort des Eides.

2) cf. Eum. 289—291; 670—676, quae ad hoc iuramentum quasi iam pertinent cf. Weckl. Or. p. 305.

3) Locus laudatus Eumenidum, quae tragoedia anno 458 in scaenam missa est, societatem laudat inter Athenienses et Argivos factam (ut postea Eur. Hik. 1190 sqq.), cuius quoque mentionem facit Thuc. I, 102 (cf. P. W. i. v. Argolis col. 736; E. Meyer o. l. III p. 582; Blass. Eum. p. 155). Idem faciunt vss. 289, 674 (700 Orestes dicitur esse ἀνήρ 'Αργεῖος) Dindorf, alii putant vss. 770—777 post textui esse inserta cf. de hac quaestione Blass o. l. p. 155.

Nihil sibi constat, omnia expectare licet hominem mortalem. Ipsum enim ius iurandum, quod rem firmissimam reddere soleat, si nil adiuvat, si etiam ea, quae iuramento sint affirmata, labuntur, nulli rei amplius fidere licet, nihil *ἄελπτον* est, id quod aliis verbis idem a choro discimus in fine tragoediae:

> *ἦ πολλὰ βροτοῖς ἔστιν ἰδοῦσιν*
> *γνῶναι. πρὶν ἰδεῖν δ'οὐδεὶς μάντις*
> *τῶν μελλόντων, ὅτι πράξει.*

postquam iam vs. 714

> *πάνθ'* inquit, *ὁ μέγας χρόνος μαραίνει*
> *κοὐδὲν ἀναύδατον φατίσαιμ' ἄν, εὖτε γ'ἐξ ἀέλπτων*
> *Αἴας μετανεγνώσθη* sqq.

Ex eo ipso, quod ab Aiace nominatur, magna iuris iurandi auctoritas satis apparet [1]).

Aiac. 1113 sqq. *ἀλλ' οὕνεχ' ὅρκων οἷσιν ἦν ἐνώμοτος*
σοῦ δ'οὐδέν (sc. *ἐστρατεύσατο* (cf. vs. 1111) [2]).

Sermo est h. l. de iure iurando, quod Helenae procos iuravisse

---

1) Bothe conicit *ὄγκος* (cf. Vahlen ad El. 47) cf. Schneidewin-Nauck o. l.: *ὁ δεινὸς ὅρκος* wird darauf bezogen, dass Aias 412, 470 erklärt hatte, er konnte das Leben nicht länger ertragen: aber von einem Eidschwure wird dort nichts gesagt und *schon* (?) darum kann *ὅρκος* nicht richtig sein." Recipiunt eam ob causam coniecturam, quam Bothe proposuit *ἀλλάσσεται ὄγκος*.

Multum hoc argumentum valere non videtur: Antig. enim 388 idem vigil *οὐδὲν*, inquit, *ἐστ' ἀπωμότον*, quamquam neque 329 neque alibi iuravit. Eodem modo Agamemnon Aiac. 1233 *διωμόσω*, inquit, quamquam de iure iurando Teucri sermo non fuerat. Schol. videtur legisse *ὅρκος*, quippe qui annotet: *χὠ δεινὸς ὅρκος : ὅτι καὶ ὀμόσαντές τινες ἐν μεταβόλῃ γίνονται τῷ χρόνῳ* cf. Scholia Vetera Papag. p. 56.

ἁλίσκεται cf. Jebb o. l. ad locum: absol. is captured, is proved weak cf. 1267. Alia quaestio est numne scribendum sit: *Ὅρκος*, an non Aias in animo haberet deum commemorare. Sane Sophocles eiusmodi notiones tanquam personas iuducere coepit cf. Roscher i. v. Chronos; P.-W. col. 2481; Gruppe o. l. p. 1064; v. Wil-Möll. Eur. Herakl[2] 174 sqq., sed de deo l. l. sermo esse vix potest. *Ὅρκος* enim coniungitur cum *φρένες*.

2) *ἐνώμοτος* in codice Laurentiano, in aliis *ἐπώμοτος*. *ἐνώμοτος*, iure iurando constrictus Suidas i. v.: *ἔνοχος τοῖς ὅρκοις*. *ἐπώμοτος*: qui dixit et praeterea (*ἐπι*) ad verba confirmanda iuravit cf. *ἐπώμοτος λέγων*. Soph. Trach. 427 item *ἐπόμνυμι* i. e. ius iurandum addere cf. Herod. VIII, 5; Xenoph. Anab. VII, 82, 2; Cyrop. IV, 1, 11; Thuc. II, 5, Deinde „iure iurando confirmare," „iurare per": Xenoph. Cyrop. VI, 4, 6; Aeschin. I, 104.

Aptius huic loco videtur *ἐνώμοτος*.

Euripides narrat, ubi Agamemnonem inducit querentem temere principes haec esse pollicitos [1]).

Ius iurandum, quod maximum esse caeremoniae sollemnes additae ostendunt [2]), servatur, quamvis hoc sit difficile. Duces Menelaum sequuntur Helenam recuperatum.

Antig. 184. Creo: ἐγὼ γάρ, iurat, οὔτ' ἂν σιωπήσαιμι τὴν ἄτην ὁρῶν στείχουσαν ἀστοῖς . . . .

Causa, cur tam magnam affirmationem adhibeat, est nulla, saepius in hac tragoedia verbis utitur maximis, minime se virum praestat placidum. Iracundia perturbatus vix sui videtur compos [3]).

Antig. 264 vigil ait se sociosque suos paratos fuisse iuramento confirmare itaque maximum dare veritatis testimonium: τὸ μήτε δρᾶσαι μήτε τῳ ξυνειδέναι τὸ πρᾶγμα βουλεύσαντι μήτ' εἰργασμένῳ· Nihil tamen cum hoc facientes proficerent, τέλος δ' ὅτ' οὐδέν, idem pergit, ἦν ἐρευνῶσιν πλέον, unus ex iis dixerat ὡς ἀνοιστέον σοὶ (Creoni sc.) τοὔργον εἴη τοῦτο κοὐχὶ κρυπτέον [4]). Regi tamen ne iuramento oblato quidem persuasit se sociosque esse culpa vacuos, quippe qui vs. 304 sqq. iuratus affirmet poenas gravissimas eos daturos, nisi maleficii auctorem indicent.

Ius iurandum igitur opponitur iuri iurando.

Vs. 329 vigil asseverat nunquam se reversurum: οὐκ ἔσθ' ὅπως ὄψῃ σὺ δεῦρ' ἐλθόντα με. Nihilominus Antigona deprehensa, revertitur, quod ipse mirum esse intellegens vs. 388 ita excusat:

ἄναξ, βροτοῖσιν οὐδέν ἐστ' ἀπώμοτον
ψεύδει γὰρ ἡ 'πίνοια τὴν γνώμην . . . .
. . . . ἥκω δι' ὅρκων καίπερ ὢν ἀπώμοτος
κόρην ἄγων τήνδ' sqq. [5])

de quibus verbis post plura.

---

1) cf. Iph. A. 57 sqq.: ὅτου γυνὴ γένοιτο Τυνδαρὶς κόρη
τούτῳ συναμυνεῖν, εἴ τις ἐκ δόμων λαβὼν
οἴχοιτο τόν τ' ἔχοντ' ἀπωθοίη λέχους
κἀπιστρατεύσειν καὶ κατασκάψειν πόλιν
Ἕλλην' ὁμοίως βαρβαρόνθ' ὅπλων μέτα.

cf. Thuc. I, 9, 1.

2) cf. p. 33. Iph. A. vss. 58, 66.

3) cf. Antig. 304, 484, 758, 1040.

4) ἀντωμοσία in iudicio iuramentum tale dicebatur, quo reus affirmabat se esse innocentem. Iuramentum vigilis tamen similius est iuramento testibus dando, si nihil hi haberent ad testandum, ἐξωμοσία cui nomen. (cf. Meier-Schöm. o. l. p. 881: um die ἐξωμοσία zu leisten, d. h. zu schwören, dass er nichts von der Sache wisse, über die sein Zeugniss verlangt werde.

5) vss. 342—394 spurios censet Meckler cf. Teubner ed. p. LXV; idem suspicionem movent Nauckii.

Vss. 484 ubi rex poenas minatur Antigonae et 758, ubi Olympum testatus filio Haemoni: *οὐ χαίρων*, inquit, *ἐπὶ ψόγοισι δεννάσεις ἐμέ*, satis ostendunt saepius temere Creonem iurare iracundia commotum.

Oed. R. 644 sqq. Creo semet ipsum exsecratur, si quadam in re regem laeserit, aliquid contra eum admiserit. Nihil tamen proficit, qua de causa Iocaste maritum, ut fidem fratri habeat, admonens

ὦ πρὸς θεῶν, inquit, *πίστευσον, Οἰδίπους τάδε*
μάλιστα μὲν τόνδ' ὅρκον αἰδεσθεὶς θεῶν
ἔπειτα sqq.

Ei assentitur chorus Creonem *τὸν οὔτε πρὶν νήπιον* dicens, *νῦν τ' ἐν ὅρκῳ μέγαν* et post *τὸν ἐναγῆ φίλον* [1]), e quibus verbis luce clarius intellegitur, quanti ius iurandum ducatur.

Rex chori precibus, cum praesertim hic iure iurando fidem suam probaverit [2]), quamvis invitus cedens, Creonem impunitum abire sinit, licet etiam tunc irae indulgens: *οὗτος*, addat, *δ' ἐνθ' ἂν ᾖ, στυγήσεται.*

Notatione dignum est regem haec respondentem non dicere se Creoni non credere. Fieri potest, ut iuris iurandi reverentia ductus haec omittat. Post enim verba Iocastae (646) *πίστευσον* etc. et chori (649) *πιθοῦ* etc. regem dubitare audimus, quippe respondentem: *τί σοι θέλεις δῆτ' εἰκάθω*; et denique ipse confitetur, id quod spectatores iam diu prospexerant, se erravisse.

— 1086 *sqq:* chorus sane iuris iurandi formulam usurpat, minime tamen in animo habens re vera iurare; exclamatio gaudii potius eius verba habenda sunt iuramenti formula inclusa [3]).

Oed. Col. 521: Oedipus deum testatus asseverat se aerumnas perpessum esse invitum. Causa, cur tam magnam usurpet affirmationem, non adest.

— 650: idem *οὔτοι*, inquit *σ'* (Theseum sc.) *ὑφ' ὅρκου ὥς κακὸν πιστώσομαι*, unde apparet etiam malis viris iuratis fidem haberi a viro nobili. An haec verba Oedipodis iuris iurandi sint obtrectatio,

---

1) cf. O. R. 651, 656.

2) cf. O. R. 660 sqq. cf. J e b b o. l. qui voci *πρόμος* adnotavit haec: standing foremost in the heavenly ranks, most conspicuous to the eyes of men; the god, who sees all things and hears all things cf. Il, III, 277; S o p h. Trach. 102.

3) cf O. R. 1086: *εἴπερ ἐγὼ μάντις εἰμὶ κατὰ γνώμαν ἴδρις*
οὐ τὸν Ὄλυμπον ἀπείρων, ὦ Κιθαιρών
οὐκ ἔσῃ . . . . .

id quod Hirzel putare videtur [1]), post perpendemus, ubi etiam ea, quae respondet Theseus, accuratius sunt observanda, qui

οὔκουν, refert, πέρα γ' ἂν οὐδὲν ἢ λόγῳ φέροις (sc. ὅρκῳ).

— 1145. Theseus se ius iurandum servavisse confirmat: ὧν γὰρ ὤμοσ' οὐκ ἐψευσάμην οὐδέν σε nec iniuria. Puellas quippe servavit [2]), ut vs. 1038 spoponderat . . . . σὺ δ' ἡμῖν, Οἰδίπους inquiens

ἕκηλος αὐτοῦ μίμνε, π ι σ τ ω θ ε ὶ ς [3]) ὅτι
ἢν μὴ θάνω 'γὼ πρόσθεν οὐχὶ παύσομαι
πρὶν ἄν σε τῶν σῶν κύριον στήσω τέκνων.

Creo minas suas perficere non potuit [4]).

— 1637 nuntius narrat Theseum Oedipodi spopondisse se filias eius tutaturum, ὡς, inquit ille, ἀνὴρ γενναῖος οὐκ οἴκτου μέτα. Nihil lamentans virum fortem se praestabat [5]).

— 1767. Oedipus vetuerat quidem vs. 1522 sepulcrum cuiquam indicari, ubi Theseo τοῦτον δὲ (χῶρον sc. οὗ με χρὴ θανεῖν) imperat, φράζε μήποτ' ἀνθρώπων τινί, addito promisso: χοὔτως ἀδῆον τήν δ' ἐνοικήσεις πόλιν σπαρτῶν ἀπ' ἀνδρῶν, sed illis verbis nihil tunc responderat Theseus, qui etiam 1514 nihil dixerat nisi: χὤτι χρὴ ποιεῖν λέγε.

Ubi igitur vs. 1760 sqq. rex multo accuratius ea, quae Oedipus iussit, indicat multoque copiosius eius imperata exponit, verisimile videtur iterum exsulem eum de hac re monuisse atque tunc ius iurandum ab eo exegisse, quamquam ipsis verbis hoc nullo loco indicatur.

Ad hoc promissum pertinere videntur ea, quae legimus vs. 1766, ubi Theseus, postquam sepulcrum indicare recusavit, ταῦτ' οὖν,

---

1) cf. H i r z e l o. l. p. 133.

2) Idem 1127 dixerat: τάσδε γὰρ πάρειμ' ἄγων ζώσας ἀκραιφνεῖς τῶν κατηπειλημένων.

3) πιστωθείς inquit Theseus. Videtur igitur eum πίστωμα i. e. h. l., ut apparet 1145, „ius iurandum" dedisse cf. 650: ὑφ' ὅρκου πιστώσομαι. Post vs. 1633 sqq. sc. a nuntio iterum audimus Theseum hoc spopondisse iuratum cf. 1637.

4) cf. 818 sqq. παίδοιν δυοῖν σοι τὴν μὲν ἀρτίως ἐγὼ
ξυναρπάσας ἔπεμψα, τὴν δ' ἄξω τάχα.

5) Causa sufficiens adesse non videtur, cur οἴκτου mutetur in ὄκνου, id quod B o t h e proposuit neque, cur cum M u s g r a v e legamus ὄγκον. J e b b recte ad hunc locum observat: If the men of the old Greek world were more easily moved to tears then modern men, at least they knew very well, when a man is found to repress his emotion, if he can. Why then, obliterate a noble touch by changing οἴκτου — as W e c k l e i n does with W e x and B o t h e —, to the wetchedly feeble ὄκνου.

6) cf. O. C. 1764.

inquit, ἔκλυεν δαίμων ἡμῶν χὼ πάντ' αἴων Διὸς Ὅρκος [1]), quae tamen difficilia sunt ad intellegendum.

Trach. 255. Lichas Deianirae percontanti, qua de causa tam diu maritus foris commoratus sit, narrat eum reginae Omphalae servum fuisse non sua sponte sed venditum, cuius rei ignominiam tanto dolore eum affecisse, ut iure iurando semet ipsum obstrinxerit: ὥσθ' ὅρκον, inquit Lichas, αὑτῷ προσβαλὼν διώμοσεν [2]), se huiusce dedecoris sc. auctorem puniturum esse. Haec οὐχ ἠλίωσε, ἀλλ' ὅθ' ἁγνὸς ἦν, pergit nuntius, στρατὸν λαβὼν ἐπακτὸν ἔρχεται πόλιν τὴν Εὐρυτείαν. Ius iurandum igitur servat nec Deianirae mirum id videri consentaneum est. Haud dubie eam ipsam ob causam dominum suum iure iurando constrictum esse commentus est vir sagax.

Trach. 378. Deianira Licham iuravisse dicit ἀνώνυμον πεφυκέναι Iolam exque verbis eius apparet, quod etiam consentaneum, eam viro iurato credidisse [3]), quin nuntium suum, prorsus alia qui rettulerit, de eius iuramento admonet: ὢ δύστηνος vs. 377 exclamat,

---

1) Minime clara haec verba sunt. Iam Schol. adnotavit: τὰ τελευταῖα καὶ δυστραπελώτερα καὶ οὐ ῥᾳδίως ἐστὶν αὐτῶν κατακρατῆσαι ἐν τῇ ἐξηγήσει, πεποίηται γὰρ ταῦτα εἰς τὸ ἀσαφέστατον neque id mirum, nam:

1°. nullo loco dicitur Theseus iurasse, tantum Oedipus aliquid vetuisse.

2°. ipse Oedipus vs. 1518 sqq. spopondit fore, ut Theseus bene ageret, si mandata persolvisset, de quibus Theseum admoniturum esse expectamus. (1758 sqq.). Quod si hic non facit, expectamus eum dicturum: Iuravi, nec quid igitur mihi dicere licet. Minime iterum confirmatione nunc opus est, quippe qui vs. 1760 iam senis mandata confirmaverit.

3°. πάντ' αἴων epitheton est parum aptum ad Horcum.

Si re vera legendum est Διὸς ὅρκος conferendus est hic versus cum vs. 1267: Ζηνὶ σύνθακος θρόνων Αἰδώς et 1381 sqq. ἡ παλαίφατος Δίκη ξύνεδρος Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις. De Themide eodem modo est sermo *Eur*. Med. 160, 169 (cf. 208 sqq. θεοκλυτεῖ Ζανὸς ὁρκίαν Θέμιν) (cf. Hirzel, Themis, Dike und Verwandtes pp. 5, 7).

Videtur ἡμῶν coniungendum esse cum ἔκλυεν, ut etiam ταῦτ' (Jebb ad locum: ταῦτ' οὖν: „These things then (οὖν according to the injunctions of Oedipus) I was heard to promise by the god" etc. ταῦτ' is short for: „the promise to do these things", as if ὑπισχνουμένων stood with ἡμῶν.)

Praeterea quaestio est, quis sit daemon laudatus. Daemonne ille, qui Oedipodem abripit? (Ita Wolff-Bellermann et Jebb ad locum: p. 268 o. l.: the Divine Power, that called Oedipus away) an generaliter *fatum* (cf. El. 1156; Kaibel, p. 251. cf. 1337: τὸν αὐτὸν δαίμον' ἐξειληχότες; 1370: τοιγάρ σ' ὁ δαίμων εἰσορᾷ μὲν οὔτι πω ὡς αὐτίκ' . . . ; 1443, 1480, 1567.

Haec omnia efficiunt, ut spuria mihi videatur lectio codicum.

2) cf. Trach. 255; **Herod.** I, 146: σφίσι αὐτῇσι ὅρκους ἐπήλασαν; VI, 74.

3) Nusquam ipsis verbis legimus Licham iuravisse. Reginae percontanti vs. 319 respondit tantum: ἥκιστα.

ἆρ' ἀνώνυμος πέφυκεν ὥσπερ οὑπάγων διώμνυτο; sibi persuadere non potest omnia Lichae verba esse falsa, iure iurando quippe confirmata. τί χρὴ ποιεῖν; chorum dubitatione agitatus, rogat, ὡς ἐγὼ λόγοις τοῖς νῦν παροῦσιν ἐκπεπληγμένη κυρῶ [1]), cui deinde obtemperans, iterum Licham interrogat. Nuntius Herculis calidissimus vs. 399 iure iurando vere se dicturum affirmans, sperat fore, ut ita Herculis uxori persuadeat, sed frustra. A nuntio enim Deianirae interrogatus ipso, Iolamne captivam noverit [2]), οὔκουν qui inquit, ἔφασκες Εὐρύτου σπορὰν ἄγειν; primo sane negare conatur sed, ubi animadvertit complures verborum suorum fuisse testes, respondet: κλύειν γ' ἔφασκον. δόκησιν igitur tantum fuisse nunc ait, minime certo se scivisse, cui statim tamen alter: ποίαν δόκησιν, refert, οὐκ ἐπώμοτος λέγων δάμαρτ' ἔφασκες Ἡρακλεῖ ταυτὴν ἄγειν; Non rumorem inanem fuisse, opinionem, quam ab altero auditam rettulerat, satis apparet ex eo, quod iure iurando, id est quam maxime Lichas verba sua confirmaverat. Nec amplius negare hic potest, simulat quidem se non intellexisse verba audita, mox tamen necessitate coactus, mentitum se esse confitetur [3]).

Trach. 1181. Hercules dilucide ostendit, quanti habeat ius iurandum, a filio iuramentum exigens sollemne, quo polliceatur hic se patri quam operam iusserit, praestiturum esse. Iure iurando nondum dato, pater, quem metuere veri simile est ne mox mentis compos non amplius sit, non acquiescit. οὐ θᾶσσον, urget, οἴσεις μηδ' ἀπιστήσεις ἐμοί [4]); Suspicatur filium iussa nisi iuratum non facturum, qua de causa ita eum constringit exque iis, quae sequuntur, satis apparet, Hyllum fidem servaturum esse, quamvis difficile ei sit [5]). Ipsius tamen verba etiam demonstrant non sine causa Herculem filium iuramentum adegisse [6]).

Electrae 47. De hoc versu post plura.

— 626. Clytaemestra minas iurata affirmat, quo maiorem

1) cf. Trach. 385 sqq.

2) cf. o. l. vs. 419.

3) cf. o. l. vs. 475.

4) cf. o. l. vs. 1183.

5) cf. o. l. 1249 sqq.: τοιγὰρ ποιήσω κοὐκ ἀπώσομαι, τὸ σὸν
θεοῖς δεικνὺς ἔργον· οὐ γὰρ ἄν ποτε
κακὸς φανείην σοί γε πιστεύσας, πάτερ.

6) cf. o. l. 1203: οἴμοι πάτερ, τί εἶπας; οἷά μ' εἴργασαι, praeterea 1206, 1210, 1230, 1243, 1245, 1247.

Electrae metum iniciat, licet frustra; minime filiam Agamemnonis movet. Tam magna affirmatione non erat opus.

— 881. Chrysothemis postquam iuravit, Electra, quae paulo ante increpuit sorori: *ἀλλ' ἦ μέμηνας, ὦ τάλαινα,* quietior fit. Fidem sane etiam tunc sorori minime habet, sed sibi persuasit ipsam se hanc fallere, qua de re accuratius eam interrogat.

— 1063 chorus *ἀλλ' οὐ τὰν Διός,* exclamat

καὶ τὰν οὐρανίαν Θέμιν
δαρὸν οὐκ ἀπόνητοι,

non quo magis fides sibi habeatur, sed ira et dolore commota talem iuramenti formulam adhibet, qua se ipsam consoletur. Verum ius iurandum vix dici potest, potius habenda est exclamatio iuris iurandi formula inclusa.

— 1239. Electra iurat vel potius affirmat (ius iurandum enim, licet eius formula sint inclusa, verba virginis vix haberi possunt) se nunquam verituram *περισσὸν ἄχθος ἔνδον γυναικῶν ὂν ἀεί.* Cur tantopere haec asseveret, non est; nimis audax est virgo, frater postquam revertit. Frustra etiam Orestes eam, ut quieta sit, monet. Vim huius iuris iurandi esse nullam, facile intellegitur, quod praeterea optime ex iis apparet, quae respondet Orestes: *ὅρα γε μὲν δὴ κἀν γυναιξὶν ὡς Ἄρης ἔνεστιν* [1]).

Philoctetis 72 apparet duces ante initam ad Troiam expeditionem iure iurando constrinxisse se, quod Neptolemum non fecisse in memoriam revocat Ulixes [2]).

— 357 ius iurandum commemoratur, cui vix hoc nomen est dandum. Neoptolemus enim narrat se ad Troiam venisse,

καὶ μ' εὐθύς, inquit, *ἐν κύκλῳ στρατός*
ἐκβάντα πᾶς ἠσπάζετ' ὀμνύντες βλέπειν
τὸν οὐκέτ' ὄντα ζῶντ' Ἀχιλλέα πάλιν.

Paulo maiorem h. l. *ὀμνύναι* vim habet quam affirmare, asseverare et Graece *βεβαιοῦν.*

— 593 narratur Diomedem atque Ulixem iuravisse se Philoctetem Troiam reducturos nec hic dubitat, annon promissa exsolvere conaturi sint [3]). Est enim Ulixes, qui rem proposuit, quin etiam iuravit se ipsum eam perfecturum. Dolore iraque captus *οἴμοι τάλας*

---

1) cf. El. 1243.

2) cf. Aiac. 1113, 1232.

3) *διώμοτοι,* inquit Emporos, *πλέουσιν ἦ μὴν ἢ λόγῳ*
πείσαντες ἄξειν ἢ πρὸς ἴσχυος κράτος.

ideo exclamat Philoctetes, ἦ κεῖνος, ἡ πᾶσα βλάβη, ἐμ' εἰς 'Αχαιοὺς ὤμοσεν πείσας στελεῖν; πεισθήσομαι γὰρ ὧδε κἀξ Ἅιδου θανὼν πρὸς φῶς ἀνελθεῖν.

Exsulem magni aestimare ius iurandum pluribus locis apparet, quippe qui identidem iuramentum commemoret, quod dicit Neoptolemi [1]), quamquam ipsum ius iurandum non dederat hic [2]).

Ipse filius quoque Achillis verbis suis indicat se magnam ducere iuris iurandi auctoritatem. Vs. 1289, ubi Philoctetes credere vix potest arcum sibi reddi dubitansque rogat: πῶς εἶπας; ἆρα δεύτερον δολούμεθα; ἀπώμοσ' respondet, ἁγνοῦ Ζηνὸς ὑψίστου σέβας maximaque ita affirmatione exsuli persuadere conatur. ὦ φίλτατ' εἰπὼν hic exclamat, licet etiam tunc nimis mira res ei videatur, quam ut fidem Neoptolemi verbis, vel iuramento confirmatis, habeat. Etenim addit: εἰ λέγεις ἐτήτυμα, quam dubitationem filius Achillis animadvertens: τοὔργον, inquit, παρέσται φανερόν· ἀλλὰ . . . κράτει τῶν σῶν ὅπλων reque ipsa hunc in modum ius iurandum exsolvit.

Iurato Neoptolemo res constat, nec preces nec imperia Ulixis eum movent [3]): arcum reddit.

Vs. 1324. Neoptolemus iterum Ζῆνα ὅρκιον testem invocat, quo iuramento sperat citius se Philocteti persuasurum, quamquam frustra [4]), quin hic contra ei persuadet, ut promissum ante datum exequatur. Herculi soli non resistit, huius imperio obsequitur.

Consideratis hisce iuramentis apud Sophoclem quae leguntur, apparuit magnam quidem apud eum quoque vim et auctoritatem iuri iurando tribui, imminui tamen eius gravitatem negare non possumus. Apud Aeschylum nunquam iuratur nisi, ubi necesse est, quod de versibus Sophocleïs vix licet dici. Minus grave haberi ex maiore etiam usu levi saepe, ius iurandum intellegitur [5]). At-

---

1) cf. o. l. 941, 1367.

2) Vs. 809 Philoctetes oravit: ἀλλ' ἀντιάζω μή με καταλίπῃς μόνον, quibus Neoptolemus tantum rettulit: θάρσει μενοῦμεν. Exsul hoc promisso contentus quidem est; οὐ μὴν enim inquit, σ' ἔνορκον γ' ἀξιῶ θέσθαι, τέκνον, sed nihilominus rogat: ἔμβαλλε χειρὸς πίστιν, id quod Neoptolemus faciens: ἐμβάλλω, refert μενεῖν. Hoc eiusdem pretii a Philoctete haberi atque verum iuramentum verba huius satis indicant.

3) cf. Phil. 1293 sqq.

4) cf. o. l. 1367: μὴ δῆτα τέκνον; 1393; 1408.

5) Magnus quoque formulae, quae est πρὸς θεῶν, usus eiusdem deminutionis est indicium. Ne omnes afferam, in Aiace 76, 371, 593, 1028, 1332; in Electra 369, 428, 469, 889, 1119, 1206, 1346, 1483; in ipsa Philoctetes quae inscribitur tragoedia: 433, 747, 770, 933, 967, 1163, 1185, 1235, 1300, 1301.

tamen apud eum iam auctoritas est magna: si quis iuravit, omnis dubitatio vulgo est sublata, ei creditur [1]).

Haec ubi perpendimus, antequam ad tragoedias Euripideas progrediar, unum addam, quippe quod parvi momenti mihi in investigandis iuramentis non videatur.

Oed. Col. 650 Oedipus Theseo *οὔτοι σ' ὑφ' ὅρκου*, inquit, *ὡς κακὸν πιστώσομαι*, quibus rex respondet: *οὔκουν πέρα γ' ἂν οὐδὲν ἢ λόγῳ φέροις*. Simile quid reperimus Philoct. 811, quo loco exsul Neoptolemo, pollicito se mansurum, licet alio modo tamen eum constringat, respondet: *οὐ μήν σ' ἔνορκον γ' ἀξιῶ θέσθαι, τέκνον.* Apparet ex hisce versibus Sophoclis aetate inter viros nobiles ius iurandum necessarium non putari neque id tunc tantum ita fuisse, sed item nostris temporibus unusquisque facile concedet Nisi necessitate coactus vir honestus non iurat, vir improbus contra, sentiens verba ipsa sua fide digna non esse, affirmationes magnas, quin etiam iuramenta addere solet seque ipsum exsecrari.

Venimus ad Euripidem.

Alc. 439 afflrmat iuratus chorus Alcestem morituram optimam esse mulierem. Laudationis causa quia haec solum sunt dicta, nihil ex iis licet concludere. Iure iurando id affirmare minime erat opus.

Androm. 37. Iovem Andromache testem invocat miseriae suae. Dolore commota hanc affirmationem usurpat. Minime necessaria erat neque multum valet [2]).

— 934. Neque hoc loco verba Hermionae: „*μὰ τὴν ἄνασσαν*" sqq. magni habenda sunt. Licet iuris iurandi formula inclusa, vim iuramenti vix habent, sunt verba inania, sermoni inculcata quo hic compleatur. Mulieres, quae ita locutae esse dicuntur, indignatione et iracundia excitatae sane verba sua affirmant, sed „iurare", id est deum revera testem invocare, haud dubium est, annon ipsae in animo habuerint.

— 999 apparet Orestem confidere iure iurando suorum *δορυξένων*, praedicens Neoptolemum *κακῶς ὀλεῖσθαι* nec iniuria, nam mortuus hic domum fertur.

---

1) Oedipodem Creoni non credere quamquam iurato, nullius est momenti. Ira ductus sui non est compos. Iocaste et chorus, regem admonentes ne amplius diffidat, haud dubium est, quin poetae ipsius referant opinionem.

2) Vs. 38 ut spurium notavit Nauck, quod si verum est, verba: *Ζεὺς τάδ' εἰδείη μέγας* coniungenda videntur cum iis, quae antecedunt: *νῦν δ' ἐκλέλοιπα.*

Helenae 347. Helena Eurotam invocans:

σὲ γὰρ ἐκάλεσα, exclamat, σὲ δὲ κατόμοσα
τὸν ὑδρόεντα δόνακι χλωρὸν
Εὐρώταν, θανόντος εἰ βάξις
ἔτυμος ἀνδρὸς ἅ δέ μοι
φόνιον αἰώρημα
διὰ δέρης ὀρέξομαι sqq.

Iuravit igitur ipsam se sua manu interfecturam; si fama mortis Menelai allata sit vera, laqueum letiferum collo sibi iniciet. Mulieres quando tale quid magno dolore commotae, mentis vix compotes, affirmant, quin per iuris iurandi formulam affirmant, consentaneum est vulgo non multa haec valere, sed etiam post sc. vs. 835 Helenam audimus vitam, soli sibi si degenda sit, parvi ducere, quippe ubi Menelao narret: ἀλλ' ἁγνὸν ὅρκον σὸν κάρα κατώμοσα. Quid iuraverit deinde a Menelao accipimus rogante: τί φῄς; θανεῖσθαι κοὔποτ' ἀλλάξειν λέχη; id quod Helena affirmat, suis: ταὐτῷ ξίφει γε κείσομαι δὲ σοῦ πέλας [1]), quin 839 iterum idem Menelao postulante affirmat dextra data. Atrides ei credit et deinde cum ea de ratione moriendi sola deliberat. Vs. 347 igitur de vero iuramento sermo esse videtur.

— 977: Ipse Menelaus ὅρκοις κεκλήμεθ', inquiens, πρῶτον μὲν ἐλθεῖν sqq., iure iurando se constrictum esse narrat, quo magis persuadeat virgini se facturum, quod minetur i. e. ἐλθεῖν διὰ μάχης σῷ συγγόνῳ, quod iis, quae sequuntur: κἀκεῖνον ἢ μὲ δεῖ θανεῖν, iam affirmatur.

Electrae 43. Auturgus Venerem testatus, affirmat Electram, licet sibi nuptam, adhuc esse castam. Quo rem magis probet, deam matrimonii tutricem, testem invocat.

Hiketidum 258 sqq. Adrastus chorum orat, ut, testibus invocatis Cerere et lumine solis, affirment ὡς οὐδὲν (ἡμῖν) ἤρκεσαν λιταὶ θεῶν. Tale iuramentum vim magnam non habere facile intellegitur. Quae chorus responderit, non omnia scimus, quia verisimillimum est, id quod ipse contextus ostendit, versus nonnullos excidisse.

— 1174. Theseus iure iurando, quamquam minime hoc opus erat, affirmat se beneficiis magnis affecisse Argivos, quippe quae omnibus essent pernota.

Hippolytus tragoedia quae inscribitur, imprimis magnam iuris iurandi auctoritatem docet. Iuramentum enim est, quod Hippolytum

---

1) p. LXVIII Editionis suae Nauck adnotat a. l.: ταὐτῷ ineptum. τῷ σῷ vel τούτῳ Rauchenstein. Cur sit ineptum, non intellego. Helena se gladio, quo maritus morietur, obiciet unaque cum eo morietur.

impedit, quo minus omnia patri aperiat. Crimen atrox sustinere, quin etiam mortem obire mavult, quam fidem datam non servare. Sane ipsum iuramentum, quod nutrici dedit, non audimus, sed ipsa haec demonstrat eum iuravisse, quippe quae verita, ne proposita turpia sua revelet vs. 614 admoneat: ὦ τέκνον, ὅρκους μηδαμῶς ἀτιμάσῃς. Primo iuvenis haec promissa neglecturus esse videtur, nam

ἡ γλῶσσ', respondet, ὀμώμοχ' ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος [1]),

sed mox patri nihil dicere secum constituit et iuramenta non violare [2]).

Ut Hippolytus nutrici, ita chorus pollicetur reginae se nihil proditurum [3]), quod promissum servat, quin vs. 804 mentitur:

τοσοῦτον ἴσμεν· ἄρτι γὰρ κἀγὼ δόμους
Θησεῦ, πάρειμι σῶν κακῶν πενθήτρια.

Vix quidem se continere potest, ubi pater filium innocentem exsecratus est, regem ἄναξ ἀπεύχου, monens, ταῦτα πρὸς θεῶν πάλιν. γνώσει γὰρ αὖθις ἀμπλακών. ἐμοὶ πιθοῦ [4]), sed ne tunc quidem longius progreditur [5]).

Theseus admonitum non curat. Ira caecatus οὐκ ἔστι, refert vs. 893, καὶ πρός γ' ἐξελῶ σφε τῆσδε γῆς. Post praesentem allocutus Hippolytum, iterat minas (958 sqq.):

τέθνηκεν ἥδε· τοῦτο σ' ἐκσώσειν δοκεῖς;
ἐν τῷδ' ἁλίσκει πλεῖστον, ὦ κάκιστε σύ·
ποῖοι γὰρ ὅρκοι κρείσσονες, τίνες λόγοι
τῆσδ' ἂν γένοιντ' ἄν, ὥστε σ' αἰτίαν φυγεῖν [6]).

---

1) cf. o l. vs. 612. In varias Atheniensium hic versus incurrit reprehensiones, quin poetae huius sententiae causa ab Hygiaenone quodam obiectam esse ἀσεβείαν Aristoteles narrat Rhet. III, 15 p. 1416 a. 29. Aristophanes quoque facetiis acerbis iis pluribus locis illusit. (Thesm. 275; Ran. 101, 1471). Post accuratius perpendemus, utrum hisce verbis revera poeta turpe quid dixerit.

2) cf. o. l. vs. 657 sqq.

3) cf. o. l. vs. 713: ὄμνυμι .... μηδὲν κακῶν σῶν εἰς φάος δείξειν ποτέ.

4) cf. o. l. vs. 891 sqq.

5) Satis ita intellegitur, cur taceat chorus minusque recte mihi Christ o. l. I[6] p. 342, A. 2 observare videtur: „Bemerkenswert ist übrigens die vollständige Passivität des Chors, der ja die Vorgänge zwischen Phaedra und Hippolytos mit angesehen hat und nur zu reden brauchte um die Katastrophe zu verhindern, der auch von Hippolytus in seiner Not 1074 ff. nicht zum Zeugen angerufen wird.

6) τῆσδ' 961. Hartung legendum esse putat ψυχῆς, Weil νεκροῦ pro τῆσδ' ἄν. Wecklein: τοῦ δ' ἄν (i. e. τοῦ τεθνηκέναι τήνδε) Non arbitror mutatione opus esse. Theseus dicere vult nulla iuramenta maiora esse, plus ponderis sibi habere quam crimen uxoris mortuae, quam tamen quia ante oculos habet, breviter dicit; „quam hanc", eam fortasse monstrans.

Nihilo minus ad ultimum confugiens auxilium, Hippolytus iure iurando sollemnissimo affirmat iniuria patri se suspectum esse:

νῦν δ' ὅρκιόν, inquit [1]), σοι Ζῆνα καὶ πέδον χθονός
ὄμνυμι τῶν σῶν μήποθ' ἅψασθαι γάμων
μηδ' ἂν θελῆσαι μηδ' ἂν ἔννοιαν λαβεῖν.

Satis eum hoc iuramento innocentiam probavisse suam chorus arbitratur. ἀρκοῦσαν, inquit, εἶπας αἰτίας ἀποστροφήν, ὅρκους παρασχών, πίστιν οὐ σμικράν, θεῶν nec ipse iuvenis intellegit, qui fieri possit, ut ne iuramentum quidem mutaverit mentem patris: Vs. 1055 οὐ δ' ὅρκον, rogat, οὐδὲ πίστιν οὐδὲ μάντεων φήμας ἐλέγξας ἄκριτον ἐκβαλεῖς με γῆς; sed frustra. Theseo nullo modo persuadet. Nihilominus, quamvis dubitans, in tacendo Hippolytus perseverare constituit [2]).

Diserte poeta ostendit, quam difficile Hippolyto esset ius iurandum servare. Loquendo iuramentumque violando quamquam semet ipsum fortasse servare potest, tacet, potius crimen falsum sustinens, quin e patria expelli a patre se patiens. Non sine dubitatione quidem; pugna in animo iuvenis inter cupiditatem sui servandi et officium servandae fidei pulcherrime depingitur quique spectant, audiunt, quo modo pietas reverentiaque deorum victoriam reportet.

Tandem Artemis ipsa Theseo narrat, quid ante adventum eius acciderit regique demonstrat, ius iurandum nutrici datum, quo constrictus esset Hippolytus, causam esse mortis iuvenis honesti, cuius constantiam „piam" vocat [3]) [4]).

Iph. A, 57 supra laudatus iam est. Agamemnon procos Helenae, iure iurando olim constrictos, Menelaum sequi nunc quod coguntur, queritur.

ὁ δὲ (Menelaus sc.), inquit, καθ' Ἑλλάδ' οἰστρήσας δρόμῳ
ὅρκους παλαιοὺς Τυνδάρεω μαρτύρεται
ὡς χρὴ βοηθεῖν τοῖσιν ἠδικημένοις,

neque principes Graeci non obsequuntur; ἕτοιμοι δ' εἰσὶ, ab eodem audimus, μωρίᾳ φρενῶν, quod minime necesse habet: οὐ γὰρ ἀσύνετον

---

1) cf. o. l. vs. 1036.

2) cf. o. l. vs. 1062.

3) cf. o. l. vs. 1307 sqq.: ὃ δὲ . . . . οὐδ' αὖ πρὸς σέθεν κακούμενος ὅρκων ἀφεῖλε πίστιν, εὐσεβὴς γεγώς.

4) Neque iuramentum Phaedrae vs. 219 Hipp. quod legitur, neque nutricis vs. 307 datum, ullam vim habent. Sunt exclamationes potius habendae quam vera iuramenta.

τὸ θεῖον, ἀλλ' ἔχει συνιέναι τοὺς κακῶς παγέντας ὅρκους καὶ κατηναγκασμένους.

Agamemnon, qui fortasse h. l. poetae ipsius opinionem refert, opinatur non semper ius iurandum esse servandum. Ceteri duces tamen ei non assensi esse videntur, pergunt.

De verbis Agamemnonis, quae iuramento obtrectare videntur, post plura.

— 473. Menelaus, ut fratri se misereri eius persuadeat, iurat se locuturum ex animi sententia [2]), neque iniuria veretur, ut sibi fidem habeat Agamemnon, hortanti, ut exercitum dimittat omnesque domum reverti iubeat. Ipse enim maritus Helenae expeditionis fuit auctor, ipse, ut Agamemnon dixerat, *καθ' Ἑλλάδ' οἰστρήσας δρόμῳ* principes excitaverat. Maxime mirum, quin vix credibile videtur contrarium eum nunc iubere. Apparet autem ex iis, quae pater Iphigeniae respondet, non frustra Menelaum iuramentum dedisse, etiamsi, quod suasisset, non impetret [3]).

— 739. Clytaemestra recusat marito parere, ne omnino dubitet, iure iurando verba sua affirmans neque hunc dubitare, annon ei constet sententia, satis demonstrant questus, quos vs. 742 effundit:

οἴμοι μάτην ἦξ', ἐλπίδος δ' ἀπεσφάλην
ἐξ ὀμμάτων δάμαρτ' ἀποστεῖλαι θέλων.

— 948. Achilles iuratus pollicetur se Iphigeniam defensurum ipsumque patrem eius prohibiturum filiae nocere. Quod, quamquam servare non potest, quia totus exercitus duce Ulixe mortem postulat virginis, satis verba eius vs. 1414 indicant minime eum promissa data neglexisse: *ἄχθομαι*, exclamat, *ἴστω Θέτις, εἰ μή σε σώσω Δαναΐδαισι διὰ μάχης ἐλθών*, licet ipsa Iphigenia eum paulo ante oraverit [4]): *μὴ θνῆσκε δι' ἐμὲ μηδ' ἀποκτείνῃς τινά.* Etiam post paratus est omnia adire pericula itaque fidem servare. *ἴσως γάρ*, arbitratur, *κἂν μεταγνοίης τάδε.*

Iphig. T. 735 *sqq.* iuramentum describitur, quod a Pylade exigit Iphigenia: *ὅρκον δότω μοι* sqq. Pylades iurat, unam tantum exceptionem sibi petens: *ἤν τι ναῦς πάθῃ χὴ δέλτος . . . . ἀφανὴς γένηται τὸν ὅρκον εἶναι τόνδε μηκέτ' ἔμπεδον*, quae verba tamen ipsius iuris iurandi

---

1) cf. o. l. vs. 393.

2) *ἦ μὴν ἐρεῖν σοι τἀπὸ καρδίας σαφῶς . . . . ἀλλ' ὅσον φρονῶ.*

3) cf. o. l. 506: *αἰνῶ σε, Μενέλεως, ὅτι παρὰ γνώμην ἐμὴν*
ὑπέθηκας ὀρθῶς τοὺς λόγους σοῦ τ' ἀξίως.

4) cf. o. l. vs. 1410.

auctoritatem minime minuunt nec Iphigenia rogata recusat. Muneri deesse praetextusque fingere, quos postea excusare possit, nequaquam in animo fuit iuvenis haec orans. Contra metuit, ne forte se invito periurus habeatur, quod crimen turpissimum evitare vult [1]).

— 970. Orestes narrat se, quo deo magis persuaderet ad ius iurandum confugisse. *ἐπώμοσ'*, inquit, *αὐτοῦ* (in templo ipsius dei Delphis, ubi auxilium petebat) *βίον ἀποῤῥήξειν* (*θανών*), *εἰ μή με σώσει Φοῖβος* .... nec frustra: *ἔντευθεν* enim pergit, *αὐδὴν* .... *λακὼν Φοῖβος μ' ἔπεμψε δεῦρο*. Iure iurando dato deus eum audivit responsoque dato ad Tauricas regiones misit [2]).

— 1076 chorus iurat se taciturum, quod promissum non solum non neglegit, sed etiam nuntium decipere conatur [3]).

Ionis 870 iure iurando asseverat Creusa se facinus Apollinis, in se commissum non amplius celaturam. Quae facta sunt primum paedagogo revelat, post ipso filio [4]) suo. Iure iurando affirmare verba sua minime opus ei erat. Fortasse hisce magnis verbis utitur ad audaciam sibi augendam.

Io tamen quia ipsi non credit alioque modo persuadere ei non potest [5]), iterum ad deos testes confugit [6]) neque etiam tunc vir pius rem intellegit; rursus matre interrogata denique constituit [7]) ipsum Phoebum de rebus auditis consulere.

Dubitatio haec etiam post ius iurandum a matre datum facile intellegitur quippe in ministro ipsius Apollinis [8]). Praeterea non est obliviscendum hanc Ionis pietatem in dominum suum a poeta tam clare depingi, quo magis foedum facinus illustretur dei. Melius eam demonstrare Euripides non potuerat, quam eo, quod filius ne matri quidem vel iuratae crederet eam solam ob causam, quod deo quem venerabatur, facinus turpius obicere nolebat.

---

1) „Stockorthodox" ab Hirzel o. l p. 55 vocatur.

2) Orestes quidem vs. 965 ipse: *Φοῖβος μ' ἔσωσεν*, inquit, *μαρτυρῶν* sed pars Furiarum, deinde narrat, iudicio non erat contenta cf. vs. 970: *ὅσαι δ' Ἐρινύων οὐκ ἐπείσθησαν νόμῳ* .... *ἠλάστρουν μ' ἀεὶ* ... a quibus quoque, ut se defendat Apollo, precabatur.

3) cf. o. l. 1294, 1296, 1309.

4) cf. Ion. 1471 sqq.

5) cf. o. l. 1525.

6) cf. o. l. 1528.

7) cf. o. l. 1532, 1546: *ἀλλ' ἱστορήσω Φοῖβον εἰσελθὼν δόμους*
εἴτ' εἰμὶ θνητοῦ πατρὸς εἴτε Λοξίου.

8) cf. o. l. 1532, 1537, 1547.

Tum demum dubitare desinit, quando ipsa Minerva idem ei affirmat [1]), tunc demum ex responso deae dato, apparet, iuri iurando matris non prorsus eum esse diffisum, quippe qui respondeat: *καὶ πρὶν τοῦτο δ' οὐκ ἄπιστον ἦν.* Non tamen patronum suum quam acerrime defendere non potuerat.

Cyclopis 262. Seilenos gravissimo iuramento se affirmasse narrat: *μὴ τὰ σ'* (Cyclopis sc.) *ἐξοδᾶν ξένοισι χρήματ'.* Varios deos testatur, praeterea addens exsecrationem liberorum, quo magis domino Cyclopi persuadeat Choro, licet ut ante iam Ulixes [2]) iuret eum vere non loqui itemque exsecratione verba sua asseveret, fidem Cyclops non habet, periurio credit: *ἔγωγε* vs. 273 respondet,

τῷδε τοῦ Ῥαδαμάνθυος
μᾶλλον πέποιθα καὶ δικαιότερον λέγω.

Vir consulto peierans igitur hoc loco in scaenam inducitur, id quod notare nunc sufficiat, quia de hac re post copiosius agetur.

Exclamationis *οὐ μὰ Δί'* aliasque eius modi formulas [3]) iusta iuramenta non esse habenda nemo negabit. Licet iuramentorum formulis sint inclusae, e quibus sunt ortae, iuramenti vis non amplius inest. Ad orationem complendam tantum adhibentur, sunt voces dirae quae dicuntur. Minime is, qui talem adhibeat formulam, revera Iovem testari cupit, quin multo verisimilius est ipsum eum vix scire se talequid dixisse, quod iam inde apparet, quod tam saepissime usurpantur.

Medeae 21 ab ipsa Medea iuri iurando magnam tribui auctoritatem satis indicant verba nutricis, quippe quae

βοᾷ μὲν (Medea sc.) narret, *ὅρκους, ἀνακαλεῖ δὲ δεξιᾶς*
πίστιν μεγίστην καὶ θεοὺς μαρτύρεται.

Item, quando *vs.* 160 ipsam Medeam audimus querentem, deosque testantem se mala magna perpeti et vs. 168 iterum nutrix, de querellis admonens Medeae chorum rogat

κλύεθ', οἷα λέγει κἀπιβοᾶται
Θέμιν εὐκταίαν Ζῆνά θ', ὃς ὅρκων
θνητοῖς ταμίας νενόμισται;

apparet iuramentis Iasonis eam minime esse diffisam.

1) cf. o. l. 1560.
2) cf. Cycl. 261.
3) cf. o. l. 9, 154, 355, 560, 583, 586.

— 395 ipsa Medea per Hecaten [1]) dominam suam quam dicit, iurat ira ducta, ne quis dubitet, annon perfectura sit minas:

ἤν δ' ἐξελαύνῃ ξυμφορά μ' ἀμήχανος
αὐτὴ ξίφος λαβοῦσα, κεἰ μέλλω θανεῖν
κτενῶ σφε, τόλμης δ' εἶμι πρὸς τὸ κάρτερον. [2])

neque haec fuisse verba mulieris ira perturbatae eventus satis demonstravit horribilis [3]). Ius iurandum servat ipsa liberos suos necans.

— 439 *sqq.* [4]) chorus omnia esse mutata queritur neque dehinc iuramentis quidem fidem esse habendam, id quod valde dolet. *vs.* 492 eadem fere ab ipsa Medea audimus Iasonem praeterea rogante, num arbitretur deos alios nunc regnare aliaque iura hominibus esse data atque olim, quando iurasset.

Chorus minime Iasonem laudat, uxorem prodentem. vs. 577 manifeste hoc demonstrat,

ὅμως, ei inquiens, *δ' ἔμοιγε καὶ παρὰ γνώμην ἐρῶ*
δοκεῖς προδοὺς σὴν ἄλοχον οὐ δίκαια δρᾶν.

Medeam Iasonis perfidi iuramentum, quod vs. 619 dedit, prorsus neglegere consentaneum est, neque omnino ita faciens ostendit se iuri iurando minus tribuere. Iasonem, qui intellegere ipse debuerat iuramentum suum nullius pretii fore, nihilominus ad hoc auxilium confugere, notatione contra est dignum. Maiorem asseverationem eum non habere, apparet.

Paulo post, vs. 731 praeterea ipsa Medea Aegeum ius iurandum adigit, eaque re manifeste, quamvis a marito sit decepta, ostendit, se etiamnunc iuramento confidere. Persuasum ei est regem, iure iurando constrictum, inimicis eius eam non traditurum [5]), quod, si non iuravisset, fieri potuisse opinatur, vs. 737

λόγοις δὲ, ait, *συμβὰς μὴ θεῶν ἐνώμοτος*
φίλος γένοι' ἂν κἀπικηρυκεύματα
τάχ' ἂν πίθοι σε.

Iuramentum ei, debili mulieri [6]) contra potentes hostes maximum

---

1) cf. l. l. *οὐ .... μὰ τὴν δέσποιναν .... Ἑκάτην ....*
χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.

2) cf. o. l. vs. 392.

3) cf. o. l. vss. 1236 sqq. 1271, 1277 sqq.

4) cf. p. 46. A. 2.

5) cf. o. l. vs. 735 .... *τούτοις δ' ὁρκίοισι μὲν ζυγείς,*
ἄγουσιν οὐ μεθεῖ' ἂν ἐκ γαίας ἐμέ.

6) cf. o. l. vs. 739 .... *τἀμὰ μὲν γὰρ ἀσθενῆ*
τοῖς δ' ὄλβος ἐστὶ καὶ δόμος τυραννικός.

est munimentum, veritatis fundamentum solidum, cui prorsus confidat, nec mirum igitur eam, iure iurando dato, *πάντα γὰρ* exclamare *καλῶς ἔχει*, quin Iovem, alios deos appelans nunc victricem se fore gloriatur:

νῦν καλλίνικοι τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν, φίλαι
νῦν ἐλπὶς ἐχθροὺς τοὺς ἐμοὺς τίσειν δίκην [1]).

Toto hoc loco apparet iuris iurandi auctoritatem, quam minui et chorus et Medea, ipsius poetae fortasse referentes opinionem, queruntur, nondum prorsus evanuisse.

— 1059. Medea iurat minime se liberos inimicis relicturam male tractandos (*καθυβρίσαι*), quod iuramento affirmari non necesse videtur. Facinus foedum admittere cunctatur Medea sibique ipsam audaciam eiusmodi magnis verbis augere cupit.

Orestis 1516 ius iurandum Phrygis commemoratur, quod tamen ad vim iuramenti demonstrandam minime est aptum, quippe quod propter metum iuretur.

(*Rhesi*) 468 iactationem suam Rhesus iure iurando temere confirmat. Minime tamen Hector promissis magnis eius fidem habet; se gratias diis magnas acturum respondet, praesens malum si abierit.

— 816. Hector iuratus, quod minime opus erat, affirmat se graves poenas sumpturum. Ira adducitur ut tantopere haec asseveret

— 825 contra vigiles iurati affirmant innocentes se esse, eodem modo atque Creo in tragoedia Sophoclea „Oedipus tyrannus" quae inscribitur [2]). Alia ratione demonstrare non possunt falsum crimen sibi obici optimeque ipsi intellegunt verba sua refutari videri ipsis iis, quae facta sint. Iuratisne iis Hector maiorem habeat fidem, non apparet, quia auriga inducitur ipsum eum caedis accusans.

— 875 auriga exclamat: *ὄλοιθ' ὁ δράσας*, quibus verbis quia veretur, ne Hector laedatur, addit: *οὐ γὰρ εἰς σέ τείνεται γλῶσσ' ὥς συ κομπεῖς. ἡ Δίκη δ' ἐπίσταται* nec iniuria se excusat, quippe qui paulo ante vs. 837: *μακροῦ γέ*, Hectorem increpuerit, *δεῖ σε καὶ σοφοῦ λόγου ὅτῳ με πείσεις μὴ φίλους κατακτανεῖν*. Ideo verba quoque *ὄλοιθ' ὁ δράσας* ad eundem pertinere videntur.

Phoenissarum 429. Adrasti regis ius iurandum commemoratur, quo pollicitus est se generum utrumque in patriam reducturum, quod facere etiam conatur, magnis cum copiis multisque viris fortissimis Thebas aggressus.

---

1) cf. o. l. vs. 764 sqq.
2) cf. vs. 644.

— 433. Polyneices narrat iuravisse se, veritum ne urbis patriae, quam oppugnaret, hostis haberetur, ὡς ἀκουσίως τοῖς φιλτάτοις ἑκοῦσιν (ἤρατο) δόρυ.

— 481 fratrem idem vituperat, quod, iure iurando quamquam dato, ἔδρασεν οὐδὲν ὧν ὑπέσχετο.

— 491 iterum causam suam iustam esse affirmat deosque testatus omnem culpam reicit (cf. 626).

Omnibus hisce locis ius iurandum adhibetur veritatis maximum testimonium, quo etiamsi Polynices nihil proficiat, sentiunt omnes, qui verba eius audiant, iniuriam Eteoclem facere, id quod ipse hic non negat. Etenim vs. 524: εἴπερ γὰρ, inquit, ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος περὶ κάλλιστον ἀδικεῖν. Regnum non tradit.

— 1006 filius Creonis minime se ignavum [1]) aestimari velle dicit [1]), dei contestatione μὰ τὸν μετ' ἄστρα Ζῆνα' sqq. [2]) verba sua affirmans. ἀλλ' εἶμι, pergit, καὶ . . . , quod revera eum fecisse post cognoscimus.

— 1677. Antigone verum esse iurat id, quod paulo ante (vs. 1675) est minata: νύξ ἄρ' ἐκείνη Δαναΐδων μ' ἕξει μίαν, Creoni respondens εἶδες, qui rogaverit, τὸ τόλμημ' οἷον ἐξωνείδισεν;

De fragmento 394 Aeschyleo deque Sophoclis fragmento 431 post copiosius agetur. Ex fr. 326 Sophocleo apparere videtur licitum esse mentiri ad pericula evitanda.

Fr. eiusdem 846 demonstrat saepe in periculis qui iuraverit, postea prorsus id neglegere.

Fr. 847 itemque 742 monent, non omnibus iuramentis pariter esse fidendum. Cum ἀνὴρ Φηλήτης qui dicitur, tum mulieres adulterique semper ad iuramenta danda sunt paratissimi, quae neglegere tamen solent.

E fragmentis Euripideïs plerisque nihil derivari posse de vi iuris iurandi facile intellegitur, quia quo modo cum ceteris partibus fabulae cohaererent, prorsus est ignotum neque per se sunt perspicua.

Unum tantum minus obscurum est, 645 sc. ubi idem fere dicitur atque Soph. 326 sc. falso iurare licere ad periculum magnum evitandum: deos hisce temporibus conivere. Etiam ex his verbis multa concludere non licet.

---

1) cf. Phoen. 1003: ἐγὼ δὲ πατέρα καὶ κασίγνητον προδοὺς
πόλιν τ' ἐμαυτοῦ δειλὸς ὣς ἔξω χθονὸς
ἄπειμ' ὅπου δ' ἂν ζῶ, κακὸς φανήσομαι.

2) **Wecklein** μετ' ἄστρα i. e. hinter, über den Sternen.
Nauck μετ' ἄστρων.

Apud Aeschylum, Sophoclem, Euripidem iuramenta quae leguntur postquam percurrimus quidque valerent, perpendimus, concludere licet multum iuri iurando tribui, magnam eius in eorum scriptorum fabulis esse auctoritatem. Quamvis male [1]) „fides Graeca" postea audiret, veritate colenda Athenienses ceteris Graecis se praestare gloriabantur [2]). De Theseo, Atheniensium heroe si Hirzel iure p. 125: „Der Hauptheros", inquit, „des Attischen Staates Theseus erscheint vor andern mit dieser Tugend (*πίστις*) ausgerüstet, während Herakles gerade hier mit einem hässlichen Makel behaftet ist" [3]); et: „Treue und Wahrhaftigkeit wurden hier mehr als anderswo gepflegt" [4]), nil mirum poetas tragicos, quippe quadam ex parte populi praeceptores [5]), hanc virtutem in fabulis suis proponere, quin ut augeatur, operam dare.

Attamen etiam apparuit Athenis iuris iurandi auctoritatem paulatim minuere. Nutrix Medeae pauloque post ipsa haec *πίστιν* queruntur [6]) non amplius esse, idem quod iam Theognis [7]) dixerat: *ᾤχετο μὲν Πίστις, μεγάλη θεός . . . . . ὅρκοι δ' οὐκέτι πιστοὶ ἐν ἀνθρώποισι δίκαιοι.*

Etiam ex maiore usu formularum iuris iurandi in precibus usurpatarum multisque illis, quae vera iuramenta habenda non sunt, idem derivavimus [8]).

---

1) Iam apud Euripidem Iph. T. 1205: *πιστὸν Ἑλλὰς οἶδεν οὐδέν.*

Theognis 1137 (Anthol. Lyrica Hiller—Crusius): *ᾤχετο μὲν Πίστις*; Polyb. VI, 56, 13.

cf. Schöm—Lips. Gr. Alterth⁴ II p. 282; Seeck. Gesch. des Untergangs der antiken Welt III p. 25 (1909): „Wahrheitsliebe gehörte nicht zu den nationalen Tugenden der Griechen." cf. Platon. Legg. p. 701 B., qui idem queritur.

2) cf. Dem. c. Aristocr. 112; Platon. Legg. p. 642 C. cf. Lasaulx, Der Eid p. 1.

3) Quod deinde l. l. legitur: *Πίστις* erlangte in Athen göttliche Würde, sodass ihr ein besonderer Cult gewidmet werden konnte (cf. A. 5) non solum Athenis, etiam apud Locres apparet, cf. Gruppe o. l. p. 1083 locosque ibi allatos ex Head, Historia numm. Praeterea locus Diogeniani (II, 80) non satis valere videtur ad ea derivanda, quae Hirzel disputat, id quod ipse intellegere videtur, quippe qui voce „Wenigstens" sententiam incipiat.

4) cf. p. 37, 6.

5) cf. Aristoph. Ran. 1053 (Dind.) sqq.

6) cf. Med. 439: *βέβακε δ' ὅρκων χάρις, οὐδ' ἔτ' αἰδὼς Ἑλλάδι τᾷ μεγάλᾳ μένει αἰθερία δ' ἀνέπτα.*

492: *ὅρκων δὲ φρούδη πίστις, ...*

7) cf. Theogn. 1137.

8) cf. p. 53.

Quamvis πιστοί, si quidem Demostheni credere liceat, essent Athenienses, minime tamen sequitur id, quod Hirzel [1]) contendit, sc. ut iuri iurando eam ob causam locus non esset, ut prorsus supervacaneum hoc ab iis haberetur.

---

1) Ad bene intellegenda ea, quae Hirzel exponit, graviores eius sententias referam: Multum apud Graecos iurari, ubi ostendit, demonstrat (p. 112) paulatim Athenienses coepisse ius iurandum reicere. „Nur, inquit, hat sie dazu nicht eine demütigende Religion geführt, die dem Menschen die Fähigkeit zum Eide absprach . . . . . sondern eine Moral, die ihn Stolz darüber hinaus hob."

p. 115 ita pergit: „Wie die Lüge slechthin verwerflich war, so sollte das blosze Wort des natürlichen und rechtlichen Menschen gelten. *Für den Eid war hiernach kein rechter Platz mehr.*" (cf. p. 126: „Solche Treue und Wahrhaftigkeit, wenn sie auch in erster Linie dem Eide selbst zu Gute kam, mochte doch leicht glauben desselben entrathen zu können.") Jemandem den Eid zumuthen hiesz ihn beleidigen. *Nicht Wahrheit und Treu wurden durch den Eid gestützt, sondern umgekehrt bedurfte jetzt der Eid der Stütze durch die Treue*, die wenn sie nicht im ganzen Charakter des Menschen wurzelte, des Haltes entbehrte und also damals in derselben Weise vertieft wurde, wie die Sittlichkeit überhaupt".

Putat idem Aeschylum hoc profiteri fr. 394: οὐκ ἀνδρὸς ὅρκοι πίστις, ἀλλ' ὅρκων ἀνήρ.

p. 116 sic pergit: „Der nahe liegende und leichte Schlusz, dass demnach der Eid zum alten Plunder zu werfen sei, findet sich wirklich gezogen bei Choirilos (fr. 7. Kink: ὅρκον δ' οὔτ' ἄδικον χρεὼν ἔμμεναι οὔτε δίκαιον cf. Menander. Sentt. Sing. 441 ὅρκον δὲ φεῦγε καὶ δικαίως κἀδίκως. Lasaulx o. l. p. 28. 116.).

p. 118: „Der Eid erschien als eine unnötige Tortur des Freien. Je unabhängiger Einer war, je höher er stand, desto mehr lehnte er sich auf gegen solchen Zwang als gegen einen Rest von Sklaverei. *Sophokles hat dies nach beiden Seiten zu fein charakterisiert:* Der gemeine Mann, wie ihn die Wächter in der Antigone repräsentiren, ist leicht mit einer Schwür bei der Hand, dagegen Kreon, Theseus und Neoptolemos . . . . . schwören nicht."

p. 119: „Wer keinen Herr über sich erkennt, schwört auch nicht." Deinde disputans de fide iuri iurando habita p. 128, commemorat in iudicio nonnunquam iudici esse diiudicandum, uter peierasset et deinde p. 130 sic pergit: „Nicht der Eid entschied hiernach und begründete die πίστις, sondern Leben und Charakter des Schwörenden," quod idem dici arbitratur fragmento Aeschyleo supra laudato.

p. 130 iterum: „Freie und starke Geister kampen auch hier gegen die Knechtschaft der Formel an, wie dieselben über das geschriebene Gesetz hinweg sich auf ein ungeschriebenes berufen . . . . . Bemerkenswert ist, *wie Sophokles und Euripides sich daran betheiligt haben* und dass sie auch diesmal auf verschiedenen Seiten stehen. Der edle Sinn des *Sophokles wehrt sich gegen den Eid* als einen unwürdigen *Geisteszwang*, der nur für gemeine Menschen und allenfals für solche taugt, die einem Höheren gegenüber stehen. *Euripides dagegen geht mit der fortgeschrittenen Demokratie* und schwärmt auch

Mihi Hirzel videtur antiquis tribuisse aliquid, quod ipse credat, non illi doceant. Optime quidem quadrant in ea, quae de fundamento iuris iurandi disputavit, sed ante eam satis ostendisse videor [1]) minime niti haec in antiquorum ipsorum scriptis neque hic ei contigisse videtur, ut locis allatis [2]) satis opinionem suam confirmet.

Est enim ius iurandum, ut ex omnibus fere scriptis antiquorum apparuit [3]), Dei contestatio ad veritatem affirmandam, summum huius testimonium. Magnam suam auctoritatem hanc solam ob causam habet, quia positum est non in homine, qui iurat, sed in deo, qui testis adhibetur quique non hominis iudicio periurium punit sed suo.

Contestatione dei addita huic res commendatur, non amplius in potestate est hominis. Μαρτυρία θεοῦ [4]) est, qua longe et promisso et affirmationi ius iurandum antecellit.

Promissi vis, vel affirmationis posita est in opinione eius, qui polliceatur vel affirmet, ad hominis fidem solum referuntur.

Quis iuret, nihil refert, dummodo credat deum, quem contestetur, se audire non solum, verum etiam periurium puniturum esse.

Quis autem polliceatur aliquid, maxime interest. Is solus, qui fide dignus sit, fidem non fallet, promissa exsequetur.

Sane Hirzel conatus est demonstrare contestatione dei hac opus non esse in iure iurando, non tamen ei successit [5]). Si omittitur, non amplius verum iuramentum, etiamsi nomen hoc ei vulgo maneat,

---

hier für gleiches Recht: deshalb schwören bei ihm der Fürstensohn Hippolytus der Amme (Hipp 610) und der König Aigeus der Medeia (Med. 731), ebenso wie der phrygische Sklav dem Orest (Orest 1516)."

Deinde p. 134: „So galt ihm (Soph.) die freie Treue und Wahrhaftigkeit mehr als die durch den Eid erzwungene. Auch in der Brust des euripideïschen Aigeus steigt das Gefühl auf. dass den Eid zu leisten gegenüber Medeia ihm nicht zieme; noch bemerkenswerter aber ist die Art, wie es rasch beschwichtigt wird durch den Hinweis auf die Bequemlichkeit den Eid *als Vorwand* gegen jede Zumuthung des Treubruchs benützen zu können Sophokles lässt in einer ähnlichen Situation (fr. 631) den Gebrauch des Eides in ganz anderer Weise rechtfertigen ..... als etwas innerlich auf das Gemüth des Schwörenden Wirkendes durch die Furcht vor der Schande und die Scheu vor den Göttern."

1) p. 41 sqq.

2) cf fr. Aesch. 394; Stob. Flor. III, 79, 2 (ed. Weinecke. ed. Hense: 1, 172) et XXVII, 31.

3) cf. p. 36 sqq.

4) cf. Hirzel o. l. p. 23 et locum ibi laudatum Ammon. ad Ar. d. interpret. p. 4*a* (Prantl. Gesch. der Logik I, 443, 117).

5) cf. p. 39 sqq., 53, 3°.

nulla re a promisso differt. Deo non teste invocato, ius iurandum quoque nititur in opinione eius, qui iuret. Summum perfectissimumque veritatis testimonium esse non potest.

Videmus igitur ius iurandum et fidem eiusdem generis non esse, nituntur in fundamentis prorsus diversis, alterum in potestate deorum, alterum in opinione hominis. Praeterea minime non cohaeret cum religione fides viro Graeco, qui tragicorum aetate vivebat Athenis [1]. Iam e verbis Theognidis supra laudatis id apparebat: *Πίστις* descenderat de coelo, quo terram relinquens revertebatur [2].

„Es ist," iure Nägelsbach l. l. inquit, „der einzelne Mensch nach allen seinen Zuständen und Verhältnissen, in geistiger und s i t t l i c h e r Hinsicht von der Gottheit beherrscht und bestimmt." Is, qui deos vereatur, fidem quoque non fallet, erit honestissimus. Is contra, qui deos omnino non curet, quin eos esse non putet, neque eorum contestationem, i e. ius iurandum pluris habebit quam solum promissum. Si hoc neglegere audebit, etiam periurium dare nihili faciet. De eo valet illud fragmentum Sophocleum [3]: *ὅρκος γὰρ οὐδεὶς ἀνδρὶ Φηλήτῃ βαρύς* optimeque fieri potest, ut de tali viro in fragmento Aeschyli dictum sit: *οὐκ ἀνδρὸς ὅρκοι πίστις ἀλλ' ὅρκων ἀνήρ*, quamvis difficillimum sit aliquid ex hisce verbis derivare, quia totius loci contextus prorsus est ignotus.

Viro, qui deos nihil curet, iuramenta inanes sunt formulae, iusta iuramenta non amplius dici possunt. Religio sola est, cuius in iure iurando intersit. Hoc fundamentum si tollitur, forma quidem remanet, res abest.

Minime igitur ea, quae Hirzel p. 115 affert: „der Eid bedurfte der Stütze durch die Treue," fragmentis laudatis demonstrari puto, nec intellego derivari ex iis posse: „dass der Eid zum alten Plunder zu werfen sei" [5].

---

1) cf. de legibus, morales quae dicuntur, apud Graecos antiquos Schmidt, Ethik I p. 213; Thuc. III, 82, 6: *καὶ τὰς ἐς σφᾶς αὐτοὺς πίστεις οὐ τῷ θείῳ μᾶλλον ἐκρατύνοντο ἢ τῷ κοινῷ τι παρανομῆσαι.*

2) cf. Theogn. 1137. Praeterea Nägelsb. Nachh. Theol. p. 73—75. Nestle Weltanschauung des Aischylos, Neue Jahrb. II 1907 p. 319.

3) fr. 847.

4) fr. 394 Idem dicendum est de verbis, quae Solonis dicuntur Stob. Flor. XXXVII, 31 (H. 30); III, 79, 2 (H. I. 172)

τρόπου καλοκαγαθίαν ὅρκου πιστοτέραν ἔχε et
φύλασσε τρόπου καλοκαγαθίαν ὅρκου πιστοτέραν.

5) cf. p. 116.

Hisce de iuris iurandi natura et merae affirmationis expositis sequitur, ut ea, quae Hirzel: „Wie die Lüge, inquit, slechthin verwerflich war, so sollte das blosze Wort des naturlichen und rechtlichen Menschen gelten. Für den Eid war hiernach kein rechter Platz mehr," non comprobanda sint. Quamvis colatur fides, quamvis maximi aestimetur, ad ius iurandum nihil hoc pertinet. Suum locum tenet suaque auctoritas ei manet. Natura humana ad peccandum propensa est, quae facit, ut homini verba sola non sufficiant, ut opus ei sit affirmatione maiore, quae non in homine debili [1]) nitatur, sed in fundamento prorsus certo, in deo.

Sequitur solum ut minus adhibeatur. Ubi de veritate non dubitatur, iure iurando non erit opus. Summum testimonium non datur nisi gravissimis temporibus, tunc solum, cum mera affirmatio non sufficit velut in ineundo magistratu, quem bene geri totius rei publicae intersit, vel in iudicio, ubi vita fortasse ex iure iurando pendeat.

Inter homines privatos contra raro iure iurando erit opus nec iniuria Quintilianus [2]): „in totum, inquit, nisi ubi necesse est, gravi viro parum convenit. Ne plura afferam, si nullum aliud documentum sit fidei, si quis nullo alio modo innocentem se esse probare possit [3]), recte adhibetur, velut in tragoedia Sophoclea, „Oedipus tyrannus" qui inscribitur, Creo iuramento confirmat, se nihil contra regem admisisse [4]).

Vulgo satisfaciet promissum, opus non erit graviore asseveratione. Diffidere alicui nisi certa de causa, viri honesti non est minimeque viri Graeci, cui „Wahrhaftig zu sein, inquit Lasaulx [5]) o. l., im Denken und Handeln als erstes Gebot aller echten Sittlichkeit galt." Nil mirum igitur Oedipoda Theseum in tragoedia, Oedipus Coloneus qui dicitur, ius iurandum non adigere [6]) exque responso regis apparet neque eum necessarium habere iuramentum. Promissum sufficiebat: nulla diffidendi erat causa. Quo modo ex hisce verbis

---

1) cf. p 98, 2.

2) cf. Inst. Or. IX, 2, 98.

3) cf. Calv. Instit. II, VIII, 23: Ubi enim desunt hominum testimonia, ad Deum testem refugimus: ac praesertim, ubi asseverendum est, quod in conscientia latet cf. praeterea VIII, 27.

4) cf. Soph. O. R. 644.

5) cf. Lasaulx o. l p. 1; Stob. Flor. XI 7, 8, 9, 11, 12, 14, 18, 20, 21, 22, 23, 26, 27, 28, 32, 33, 34; XII, 1, 3, 4, 13, 14, 15, 18.

6) cf. vs. 650.

Oedipodis et Thesei generatim derivari possit: „Jemandem den Eid zumuthen, hiess ihn beleidigen," licet fortasse interdum verum sit, non intellego. Nihil enim rex, exul ubi dixit: *οὔτοι σ᾽ ὑφ᾽ ὅρκου γ᾽ ὡς κακὸν πιστώσομαι*, respondet, nisi haec: *οὔκουν πέρα γ᾽ ἂν οὐδὲν ἢ λόγῳ φέροις*, quae verba optime quadrant in ea, quae secum reputavisse puto Oedipodem. Non enim huius in animo fuisse mihi videtur, quem ad modum opinari videtur Hirzel: „Si fide est dignus, iure iurando non est opus, si fide non est dignus, neque ius iurandum prodest," sed: „Ius iurandum si adigo, certius veritatis testimonium sane accipiam, sed ultimo hoc remedio, *κακός* quia non est, non est opus." In viro improbo solum hoc valet, Thesei satis dant promissa. Nil mirum non leviter iurare hunc, quin tam longe abest, ut minore usu iuri iurando obtrectetur, ut contra auctoritas eius ita augeatur. Recte Dem. 44, 39 coniunguntur *ῥᾷον ὀμνύναι κἀπιορκεῖν* inque oratione eiusdem oratoris, adversus Cononem habita, iure dicitur maiore fide dignus esse is, qui sive non iuret, sive iurare dubitet quam is, qui semper paratus sit iurare [1]). Iam ex eo, quod ius iurandum est summum testimonium sequitur ut non nimis adhibendum sit, multo minus tamen quia actio sancta est, contestatio quippe Dei [2]). Considerandum est quoque tempore utrum causa sit iusta ad ius iurandum exigendum an non (cf. Med. 727).

Negari tamen non potest apud tragicos quoque apparere, paulatim iuris iurandi auctoritatem decrescere. Rogandum est quae huius deminutionis esset causa? Hirzel p. 87 o. l.: „Fragt men nach den Ursachen," contendit „dass bei der Eidesleistung der Ernst auf Seite des Schwörenden und auf der des Hörenden der Glaube immer geringer wurde, *so ist nur eine davon das Schwinden des Götterglaubens. Man darf sich deren Bedeutung nicht zu grosz vorstellen*," et paulo post: „Vollends die zahlreichen Eide, die ohne Anrufung der Götter zu stande kamen, wurden natürlicher Weise auch durch das Schwinden des Götterglaubens nicht berührt."

Sane Hirzel sibi constat, sed ex iis, quae de natura iuris iurandi deque fundamento eius supra disserui, liquet, minus recte eum iudicare. Primo, ut a postremis verbis incipiamus: Iuramenta, quibus non inest neque subauditur deorum contestatio, vera iuramenta non

---

1) cf. § 40.
2) cf. Calv. Instit. II, 27.

sunt, formulae sunt inanes neque omnino pluris habendae quam merae affirmationes [1]).

Praeterea si fundamentum iuris iurandi unicum est religio, si eius magna auctoritas in potestate deorum solum est posita, sequitur, ut opinione deorum minuente, etiam iuris iurandi auctoritatem decrescere necesse sit, utque is tantum possit vere iurare, qui deos vereatur. Opinio deorum si minuitur fundamentum quoque iuramenti labitur, suam auctoritatem hoc amittit. Ubi Athenienses deos suos spernere coeperunt, neque eorum contestatio magni amplius aestimabatur facillimeque intelligitur levius atque temere hanc usurpari.

Ita aetate Euripidea, licet ipse poeta in fabulis suis magni aestimet ius iurandum, saepe id contemni nil mirum, quippe de qua iure Augustin [2]): „Die Religion, scripserit, war damals schon in weiten Kreisen zur leeren Formsache geworden und dass selbst bei den Führern des Volkes Trug oder gar spitzfindiger Missbrauch des Eides nicht als etwas ungewöhnliches betrachtet wurde, zeigt die beiszende Aeuszerung des Allantopoles bei Aristophanes Eq. 422 (Dind.) [3]).

εἰ δ' οὖν ἴδοι τις αὐτῶν
ἀποκρυπτόμενος εἰς τὼ κοχώνα τοὺς ἀπώμνυν
ὥστ' εἶπ' ἄνηρ τῶν ῥητόρων ἰδὼν με τοῦτο δρῶντα
οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ παῖς ὅδ' οὐ τόν δῆμον ἐπιτροπεύσει.

Licet igitur rem concedamus sc. iuris iurandi auctoritatem minuere, cur fiat hoc [4]), minime inter nos atque Hirzelium convenit.

Mirum quidem primo adspectu videtur eum, qui deos non vereatur,

---

1) cf. de eius modi formulis Schöm.—Lips. o. l. II p. 277: „Gewissenhafte Leute enthielten sich aber gern aller solcher Formeln (sermo est de formulis, quibus dei teste: invocentur), in dem Bewustsein, dasz man die Namen der Götter „nicht unnützlich fuhren" dürfe. Die Formeln „beim Hunde, bei der Gans, bei der Platane und dergl.. deren Socrates, Zenon und andere sich zu bedienen pflegten, ***haben*** inder That ***nur die äuszere Form nicht das Wesen des Schwurs*** und sollten nichts anders bedeuten, als was sich einfach auch durch ein schlichtes Wahrhaftig, bei meiner Treue und dergleichen ausdrücken liesz.

(cf. Gregor. Schol. zu Hermog. VIII S.) 279 W. . . . . . Sie waren ein Beweis der Achtung vor den Göttern und wurden als solcher auch von allen Verständigen angesehen. (cf. praeterea l. l. A. 7). Meinhardt o. l. p. 74

2) o. l. p. 12, 13 sqq.

3) cf. Thuc. III, 82, 83.

4) Iustam causam exposuit Plato Legg. p. 948 B, C. cf. Augustin o. l. p. 10.

quin eos esse vix credat, saepius eos contestari, sequitur tamen ex eo, quod formula inanis ei est iuramentum. Res abest, forma rei, quae tam diu tanti pretii fuerit, aliquamdiu manet. Nihil autem impedit, quin vera natura amissa aliud alio modo hanc formam commutet, alius aliud addat aut detrahat itaque multae eae formulae [1]) exsistant, quae iuramenti nomine plerumque indicata, vera iuramenta non sint. Facile etiam intelligitur, quo modo in preces irrepserint multae illae iuramenti formulae [2]), de quibus supra egimus, quoque modo fieri possit, ut semper aliae formulae quaerantur ad veritatem affirmationis vel promissi confirmandam.

Ius iurandum, licet summum veritatis testimonium non semper servari potest. Quamvis affirmatio perfectissima, manet affirmatio humana. Ne potentissimus quidem polliceri potest, utique se promissum exsecuturum esse. Etiam hic cautus esse debet in iurando. Haec monere vigil Antigonae in animo habet [3]), haec sententia mihi esse videtur fragmenti Archilochi supra iam laudati [4]). Hac de causa Pylades exceptionem facit [5]). Tempora accidere possunt, quae impediant, quo minus ius iurandum servetur promissorium quod dicitur.

Nihil tamen hanc infirmitatem ipsi iuri iurando obtrectare neque eius auctoritatem minuere apud ipsos antiquos discimus. Cuius refert, est animus, non exitus [6]). Etiam si aliquoties servari non potest, manet ius iurandum testimonium, quo maius homo dare nullum possit.

Utique iuri iurando assertorio credendum esse, nisi causa gravissima sit diffidendi, ex ipsius eius natura sequitur ipsique antiqui docent [7]). Etiam viri mali credi iuri iurando apud Sophoclem supra ostendimus.

---

1) cf. pp. 51, 52.

2) cf. Indicem sub praepositione *πρός*.

3) cf. Ant. 388 sqq.

4) cf. Anth. Lyr. Hiller-Crusii Archil. fr. 71 (p. 112); Soph. Aiac. 646.

5) cf. Eur. Iph. T. 755.

6) cf. Stob. Flor. XXVIII, 14 (H. 17): *Κλεάνθης ἔφη τὸν ὀμνύοντα ἤτοι εὐορκεῖν ἢ ἐπιορκεῖν καθ' ὃν ὄμνυσι χρόνον. Ἐὰν μὲν γὰρ οὕτως ὀμνύῃ ὡς ἐπιτελέσων τὰ κατὰ τὸν ὅρκον εὐορκεῖν, ἐὰν δὲ πρόθεσιν ἔχων μὴ ἐπιτελεῖν, ἐπιορκεῖν.*

7) cf. fr. Comic. III p 149 (fab. inc. fr. 43) Antiphan.:

ὅταν τις ὀμνύοντος καταφρονῇ
ᾧ μὴ σύνοιδε πρότερον ἐπιωρκηκότι
οὗτος καταφρονεῖν τῶν θεῶν ἐμοὶ δοκεῖ
καὶ πρότερον ὀμόσας αὐτὸς ἐπιωρκηκέναι . . . .

Stob. Flor. XXVII, 4 (H.): *ὅστις γὰρ ὀμνύοντι μηδὲν πείθεται*
αὐτὸς ἐπιορκεῖν ῥᾳδίως ἐπίσταται.

Attamen non fieri posse hoc, si res inter se prorsus contrariae iure iurando affirmentur, nemo negabit neque mirum, quando in iudicio Athenis hoc fieret [1]), iudicem etiam post data iuramenta inquisitionem habere de vita moribusque eorum, qui iuravissent [2]). Hirzel iure p. 129 exponit: „Da es an unmittelbaren Beweismitteln fehlte, konnte die Entscheidung der Richter sich nur grunden auf das übrige Leben und den Charakter der Processirenden. Nicht der Eid [3]) entschied hiernach und begründet die *πίστις*, sondern Leben und Charakter der Schwörenden," sed minime intellego, cur haec afferat in capite, cui titulus: „Geringschätzung des Eides in Athen," quidque iuris iurandi auctoritati inquisitio haec obtrectaret. Uterque enim quia iurabat, alterum peierare necesse erat.

Ipsum hoc impedit, quo minus iure afferatur inquisitio haec ad demonstrandum, cui rei operam dat Hirzel [4]), iuramenti auctoritatem

---

1) cf. Lex. Seguer. 242, 19: *δοξασταὶ κριταί εἰσιν οἱ διαγινώσκοντες πότερος εὐορκεῖ τῶν κρινομένων, κελεύει γὰρ Σόλων τὸν ἐγκαλούμενον, ἐπειδὰν μήτε συμβόλαια ἔχῃ μήτε μάρτυρας ὀμνύναι καὶ τὸν εὐθύνοντα δὲ ὁμόιως.*

2) cf. Meier-Schöm. Att. Pr. p. 825; Hirzel o. l. p. 128; Daremberg et Saglio o. l. pp. 763, 764: „Il faut que les témoignages et les pièces fassent absolument défaut pour qu'il y ait lieu de recourir au serment," et: „c'est le serment de Rhadamanthe, qui finit tout vite et bien," cf. Platon. Legg. XII, p. 948, B.

3) Hirzel p. 129 putat iuris iurandi huius vim esse: „lediglich *eine subjective Wirkung* auf das Gemüt des Schwörenden, nicht eine objektive Wirkung zur Herstellung der Gerechtigkeit" et Solonis hac in re opinionem congruere cum Sophoclis, cuius laudat fragmentum (431):

ὅρκου δὲ προστεθέντος ἐπιμελεστέρα
ψυχὴ κατέστη· δισσὰ γὰρ φυλάσσεται,
φίλων τε μέμψιν κεἰς θεοὺς ἁμωρτάνειν.

ideoque haec iuramenta instituisse eum.

Non intellego, quo modo Hirzel ex hisce verbis Sophocleis derivare possit ius iurandum „lediglich" efficere, ut cautus sit is, qui iuret, non dari ad restituendam iustitiam. Prorsus enim aliud discimus Oed. Col. 644, ubi idem Sophocles Creonem inducit, iure iurando solo innocentiam comprobantem ubique et Iocaste et Chorus regi suadeant ut ei, quippe iurato fidem habeat. Nihil aliud Sophocles docet fragmento laudato mea opinione, atque dicitur Pseudo-Arist. Rhet. ad Alex. 18 p. 1432, a, 33: *οὐδεὶς ἂν ἐπιορκεῖν βούλοιτο, φοβούμενος τήν τε παρὰ τῶν θεῶν τιμωρίαν καὶ τὴν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις αἰσχύνην.* Alterum ex altero sequitur. Iustitiam iure iurando restitui, in verbis Sophoclis quae dicuntur, quidem non inest, sed minime etiam contrarium; quin ad verum fundamentum iuramentum pertinere mihi videntur verba postrema *κεἰς θεοὺς ἁμαρτάνειν.*

4) cf. pp. 127, 130.

niti in vita et moribus eius, qui iuraverit. Duo testimonia si opponuntur, quae idem valeant, necesse est alio modo veritatem quaeri nec omnino generi testimoniorum hoc obtrectat, quippe quae, quamvis magna, maneant humana. Falsa esse possunt, id quod necesse est hoc loco.

Restat ut inquiramus doceantne re vera tragici indignum esse ius iurandum viro Graeco nobili et deinde, utrum Sophocles hac in re differat ab Euripide.

P. 113. Hirzel: „Noch immer, inquit, ist rücksichtlose Wahrhaftigkeit [1]) ein Kennzeichen stolzer Naturen [2]) gewesen" et deinde: „Man frug, ob es sich mit der menschlichen Würde vereinigt (sc. iurare). Item p. 133: „Der edle Sinn des Sophokles wehrt sich gegen den Eid als einen unwürdigen Geisteszwang, der nur für gemeine Menschen und allenfals für solche taugt, die einem Höheren gegenüber stehen", et: „Der Eid erschien als eine unnötige Tortur des Freien. Je unabhängiger Einer war, je höher er stand, destomehr lehnte er sich auf gegen solchen Zwang als gegen eine Rest von Sklaverei. Sophokles hat dies nach beiden Seiten zu fein charakterisiert: der gemeine Mann, wie ihn die Wächter der Antigone repräsentiren, ist leicht mit einem Schwur bei der Hand . . . . dagegen Kreon, Theseus und Neoptolemos schwören diesem nicht."

Minus recte tragicos laudare mihi Hirzel videtur ad comprobandam suam opinionem.

1⁰. Apud Aeschylum [3]) legimus etiam deos iurare, nec intellego,

---

1) cf. de eadem re p. 118.

2) cf. de eo, quod Hirzel p. 112 dicit: eine stolze Moral, die ihn stolz darüber (den Eid) hinaus hob: Nägelsb. Nachh. Theol. p. 322 sqq.

Nestle, die Weltansch. des Aisch. Neue Jahrb. für das klass. Alterth. 1907 II. p. 240 sqq. prorsus aliud Aeschylum docuisse demonstrat:

Penes Iovem omnis est potestas (cf. Ag. 170), est deus summus (Eum. 852, Hik. 828) qui multis modis indicatur, cuique permulta sunt nomina.

Homo contra nihili ducitur. Est ἐφήμερος: Prom. 83, 269, 563.
ἰσόνειρος: Prom. 566 (καπνοῦ σκιά fr. 399)
(cf. Pind. Pyth VIII, 136) Ag. 1327.

Nulli ei est vis: fr. 159. Errat saepe: Ag. 553; Choeph. 1118, fr. 391.

Quicquid boni est in terra, a diis datum est: Sept. adv. Theb 612; Ag. 918.

Omnes mors manet: fr. 161, Eum. 651.

Peccare hominis proprium est cf. Soph. Antig. 1024 (Eur. Hipp. 610; Thuc. III, 45, 3) praeterea Nägelsb. Nachh. Theol. p. 323.

3) cf. Aesch. Agam. 1283.

qui fieri possit ut homine indignum habeatur, quod vel dei non spernant ad dicta asseveranda.

2⁰. Quod ad Creonem Sophocleum pertinet, quem superbiae exemplum affert Hirzel, sane in ,,Antigone'' tyrannus est superbissimus, quod tamen non impedit, ne saepissime ius iurandum adhibeat, quin tam saepe iuret, ut non magni pretii eius iuramenta habenda sint [1]).

In tragoedia, quae inscribitur ,,Oedipus tyrannus'' idem Creo iure iurando affirmat innocentem se esse [2]), eodem modo atque in ,,Antigone'' vigiles [3]) et apud Euripidem Hippolytus [4]).

Quamvis superbi sit animi, eundem Creonem non pudet O. R. 1039 profiteri:

ἔδρασ' ἄν, εὖ τοῦτ' ἴσθ' ἄν, εἰ μὴ τοῦ θεοῦ
πρῶτον ἔχρῃζον ἐκμαθεῖν τί πρακτέον.

Nec Theseus iurare aliquid rege indignum putat, quippe qui ipse Soph. O. C. 1145, (1767) commemoret iure iurando se affirmavisse promissa sua nec omnino e loco supra laudato (o. l. 651) [5]) apparet spernere eum ius iurandum.

Item Neoptolemus Philoct. 1289, 1324 sermonem suum iure iurando confirmat.

Minime igitur in viris nobilissimis his apparent ea, quae Hirzel p. 119 contendit: ,,Wer keinen Herr über sich erkennt, schwört auch nicht,'' neque, quae de proposito Sophoclis eum disputavisse supra commemoravi. Et vigiles et reges iurant, ubi necesse est, utrisque ius iurandum summum testimonium est veritatis.

Sequitur etiam, ut iniuria Sophocles hac in re opponatur Euripidi. Apud Euripidem Hippolytus et Aegeus promissa sua iure iurando

---

1) cf. Soph. Ant. 184, 304, 484.

2) vs. 644.

3) Ant. 264 sqq.

4) Hipp. 1025 sqq.

5) Fieri quoque potest, ut *κακός* h. l. significet: „ignobilis." Ell.-Genth. Lex. Soph. p. 362 i. v. *κακός* sane habet: ,,hominem maxime malum et nefarium significat .... O. C. 650," sed etiam: „raro (361) i g n o b i l e m *δυσγενῆ* O. R. 1063." (cf. Ebel. Lex. Hom. i. v. p. 633). Passow, o. l. i. v.: „Von slechter Herkunft oder Geburt, unedel, gemein, auch arm, opp. *ἐσθλος*: Od. XXII, 415; IV, 61; VI, 187; Soph. O. R. 1063. cf. Arist. Pol. V, p 1310, a, 9," quod si ita est, Oedipus dicere vult: te, quippe regem, ius iurandum non adigam, tanquam virum ignobilem. Non ius iurandum rege indignum est, sed non decet Oedipoda exigere id, quia causa diffidendi sit nulla id temporis. Promissa Thesei satisfaciunt.

confirmant, idem tamen apud Sophoclem fecisse Theseum [1]) audimus. Item Creo Antig. 184 iurat se urbi prospecturum inque „Philoctete" sermo est de iuramentis Ulixis et Diomedis (vs. 597), quibus se obstrinxerunt Philoctetem ad Troiam se reducturos. Satis hisce locis refutata puto ea, quae Hirzel p. 133 ait: Euripides dagegen geht mit der fortgeschrittenen Demokratie und schwärmt auch hier für gleiches Recht: deshalb schwören . . . .

Etiam ea, quae de rege Aegeo paulo post (p. 134) disputet, in versibus Euripideis minime niti mihi videntur. „Auch in der Brust Euripideischen Aigeus, inquit, steigt das Gefühl auf, dass den Eid zu leisten gegenüber Medeia ihm nicht zieme, noch bemerkenswerther aber ist die Art, wie es rasch beschwichtigt wird durch den Hinweis auf die Bequemlichkeit den Eid als Vorwand gegen jede Zumuthung des Treubruchs benützen zu können." Accurate perpendamus, quae Medeae 727 sqq. leguntur.

Vs. 727 Aegeus pollicetur se Medeam tuiturum [2]), quibus haec respondet (731): *ἔσται τάδ'. ἀλλὰ πίστις εἰ γένοιτό μοι*
τούτων, ἔχοιμ' ἂν πάντα πρός σέθεν καλῶς.

Facile intellegitur non continuo regem ius iurandum offerre. Miratus rogat: *μῶν οὐ πέποιθας; ἢ τί σοι τὸ δυσχερές.* De iis, quae Hirzel scribit, nihil lego neque intellego, ubi appareat regem dubitare, annon dignum sit iurare. Praeterea ex responso Medeae satis apparet non *πίστιν* eam rogare, quia regi diffidat. Simpliciter refert: *Πέποιθα*, sed perseverat. Causam [3]) exponit: sibi, quippe mulieri debili solum promissum satis esse non arbitratur; opus sibi est affirmatione, quae non in opinione hominis, ne regis quidem nitatur, quae suam propriam vim utique servet. Etiam rex fidem fallere potest, praesertim si a potentissimis Medeae inimicis incitatur, sin iuraverit, omnis dubitatio aberit.

Luce clarius hoc loco apparet, quanti ius iurandum Medea aestimet. De tergiversatione Aegei, postquam haec Medea exposuit,

---

1) cf. O. C. 1637.

2) *αὐτὴ δ' ἐάνπερ εἰς ἐμοὺς ἔλθῃς δόμους*
μενεῖς ἄσυλος κοὔ σε μὴ μεθῶ τινι.

3) cf. vss. 735 sqq.: *τούτοις δ' ὁρκίοισι μὴ ζυγείς*
ἄγουσιν ἂν μεθεῖ' ἂν ἐκ γαίας ἐμέ·
λόγοις δὲ συμβὰς καὶ θεῶν ἐνώμοτος
φίλος γένοι' ἂν κἀπικηρυκεύματα
οὐκ ἂν πρoθεῖο· τἀμὰ μὲν γὰρ ἀσθενῆ
τοῖς δ' ὄλβος ἐστί καὶ δόμος τυραννικός.

In laudandis hisce versibus secutus sum Hirzel cf. p. 134.

nihil legitur, potius laudat eam: πολλήν, inquit, ἔλεξας, ὦ γύναι, προμηθίαν, cautissimam te praebuisti, verbisque: ἐξηγοῦ θεοῦ, ipse eam adhortatur, ne moretur. Intellegit, qua de causa Medea promisso non contenta sit neque hanc improbat. Iuramento dato, fidem fallere non potest. Ne inimici quidem Medeae id postulabunt. Etiam a se ipso ius iurandum eum defendet. De eo, quod Hirzel dicit: „die Bequemlichkeit sqq." in iis quae rex respondet, nihil reperio nec video, cur apud Euripidem ius iurandum nihil sit nisi „eine anständige Entschuldigung" [2]), apud Sophoclem autem testimonium veritatis, quod servetur „durch die Furcht vor die Schande und die Scheu vor den Göttern" [3]).

Breviter si comprendam: Apparuit perpensis illis, quae ipsi tragici habeant quaeque Hirzel disputaverit:

1. Magni aestimari ius iurandum cum apud Aeschylum, tum apud Sophoclem et Euripidem.
2. Iuris iurandi auctoritatem decrescere. Derivari hoc licet ex maiore usu et ex eo, quod plurima iuramenta levissime adhibeantur, quas duas res tamen arte inter se cohaerere disputatum est.
3. Ex ipsius iuris iurandi natura sequi, ut auctoritatem teneat quamvis fides colatur neque apud poetas laudatos aliud quid apparere.
4. Ex eorum fabulis non apparere viros Graecos nobiles ius iurandum duxisse actionem viro nobili indignam.
5. Non semper iure iurando opus esse, plerumque, ubi causa nulla sit diffidendi, promissum vel affirmationem sufficere.
6. Iniuria ab Hirzelio Sophoclem Euripidi opponi neque comprobavisse eum ius iurandum Aegeo Euripideo nihil esse nisi „eine anständige Enschuldigung."

---

1) cf. p. 134 et ipsos versus 741 sqq.:

πολλὴν ἔλεξας, ὦ γύναι προμηθίαν
ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι, δρᾶν τάδ' οὐκ ἀφίσταμαι
ἐμοί τε γὰρ τάδ' ἐστιν ἀσφαλέστατα
σκῆψιν τιν' ἐχθροῖς σοῖς ἔχοντα δεικνύναι
τὸ σόν τ' ἄραρε μᾶλλον.

Neque in vocabulo, quod est σκῆψις, haec interpretatio Hirzelii niti potest. Significat enim sane (cf. Pape Gr Wörterb. „Vorwand" i. v.) sed prima significatio est: „Grund, worauf man sich stützt." Etiam promissum σκῆψις, est multo certior tamen ius iurandum, est ἀσφαλεστάτη.

2) cf. p. 135, 2 i. f.

3) cf. p. 135.

IV. Quid de periurio tragici senserint.

Quid ex Aeschyli, Sophoclis, Euripidis fabulis de iure iurando appareat, quia non solum ex ipso iure iurando, verum etiam e periurio intellegi potest, quippe quod etiam, licet falsum, sit iuramentum, copiosius de eo agere mihi proposui. Antecedant tamen etymologica pauca.

De vocis, quae est *ἐπιορκία* etymologia minime etiam nunc viri docti consentiunt neque certa ratione qua de re significationem habeat periurii statui posse videtur. Iure Hirzel o. l. p. 151: „Das Wort, inquit, gibt ein rechtes Rätsel auf [1]).'' Iam antiqui de prae-

---

1) Ebel, Zeitschrift f. vergl. Sprachwissensch. V, p. 204 putat ἐπίορκον esse eum, qui *contra* ius iurandum ingrediatur, ἐπὶ igitur h. l. significare „contra'', quod idem contendit Prellwitz Etym. Wörterb. Gött. 1892 p. 336 i. v. ἐπίορκος.

Schöm.-Lips. Gr. Alterth. II, p. 275 (1902) prorsus alio modo de ὅρκῳ quem Hesiodus filium vocat Ἔριδος disputans: „In der Hesiodeïschen Theogonie, inquit, heiszt dieser Horkos . . . . ein Sohn der Eris, weil ihr gemeinschaftliches (de Furiis quoque agit) Ambt ist, Strafe *an dem der Rache des Horkos verfallenen*, dem ἐπίορκος zu vollziehen'', quibus verbis ipse adnotat: „So allein lässt sich wohl die Präposition in dieser Zusammensetzung erklären. Wäre ὅρκος = Schwur, so sollte man vielmehr πάρορκος erwarten, (s. Döderlein. Hom. Gloss. III, S. 229). Jetzt aber ist ἐπίορκος zu vergleichen mit ἐπίκηρος, ἐπίμομφος, ἐπίτιμος, ἐπίζηλος, ἐπαίτιος u. dgl.'' Simili modo Hirzel vocem laudatam explicans p. 157, 1. o. l.: „ἐπί'' inquit, scheint nur hier den Sinn zu haben, der auch in Wendungen wie ἐπὶ τοῖς θεοῖς, ἐπὶ τῷ βουλομένῳ εἶναι hervortritt. Das Compositum ἐπίορκος möchte ich daher vergleichen nicht sowohl mit ἐπίσκηνος oder ἐπίκωμος als mit ἐπίδικος, einem Rechtsanspruch *verfallen*; ἐπιχειμέριος, Wintersturmen ausgesetzt, ἐπαφρόδιτος, *der Aphrodite geweiht und unter ihrem Schirm und Schutz stehend.*

Iam ipsa vocis forma notatione digna est. Forma Attica non est ἔφορκος, quae a posterioribus usurpatur, sed ἐπίορκος (cf. Sommmer, Gr. Lautst. p. 48: „ἐπιορκέω, die „literarische'' Form der guten Zeit ist attisch.'') Permultis titulis hoc apparet (cf. Sommer l. l.), quamquam aliquoties legi videtur ἐφορκέω. cf. Kühner-Blass. o. l. p. 234 C.; Boisacq, Dictionn. Etym. de la langue Grecque p. 265; Brugmann, Gr. Gr.[3] pp. 142 et 441.

positionis ἐπί significatione dissensuerunt [1]) nec mirum hoc, quippe quae plerisque in vocabulis velut ἐπίνομος, ἐπίτιμος, ἐπίχαρις, ἐπίσιτος, ἐπίτοκος, ἐπίπονος, aliis non indicet eum, qui contra aliquid agat, sed eum, qui alicui rei obtemperet, quadam re sit ornatus. In ἐπίορκος tamen significatio est prorsus contraria: is, qui ius iurandum violat.

Etiamsi cum Hirzel ὅρκον ὀμνύναι significare contendente: „per Ὅρκον, deum infernum Hesiodi, iurare", ut copiosius ante (p. 9 sqq.) exposui, non consentiam, meliorem interpretationem praepositionis ἐπί, quam proposuit ille, non inveni. Altera enim, qua ἐπί „contra" significare dicitur nullo fere exemplo stabilitur. Attamen non arbitror Ὅρκος in hac voce esse deum infernum solum, sed: eum deum, cui ius iurandum sit curae, iuris iurandi vindicem, ius iurandum quasi ipsum, tanquam deum inductum [2]).

Licet igitur incertissima sit vocis etymologia, minime tamen quid significet, dubium est. ἐπίορκος est, qui ius iurandum violat sive promissum iure iurando confirmatum non exsolvens, sive quod falso iure iurando affirmare aliquid ausus est [3]).

Iam superioribus capitibus gravium poenarum, quae periuro viro imminent, nonnullas breviter commemoravimus. Magna quidem praemia hominibus honestis quoque quique fidem servant proponuntur, poena tamen multo magis ostentatur neque admirationem id movet. Recte enim Nägelsbach [4]): „Der menschliche Gedanken,

---

1) cf. Eusth. (Stallb.) ad Il. X, 333, qui docet ἐπί in ἐπίορκος significare κατὰ et ἐπιορκεῖν: τὸ κατὰ ὅρκον γενέσθαι τῷ ψευδεῖ καὶ μὴ κατ' ἀλήθειαν οἰκειοῦσθαι αὐτῷ.

Etym. Magnum s. v. ἐπίορκος habet haec: ἡ ἐπὶ πρόθεσις ἐνταῦθα ἀντὶ τῆς ὑπὲρ κεῖται. καὶ δηλοῖ τὸ ὑπὲρ τῶν ὅρκων γενέσθαι καὶ ὑπερβαίνειν αὐτούς.

2) Recte Stengel, Kultusalth. (Iwan Müller, Handb. V, p. 78) ostendit ὅρκον inter alias significationem habere: den über den Eïden wachenden und die Meineide rächenden Gott cf. Hes. Theog. 400, 785; Babr. Fab. L, 18; Pind. Nem. XI, 31; Pyth. IV, 166. cf. h. o. p. 8.

De talibus notionibus personae quae extiterunt cf. Gruppe o. l. p. 1068.

3) Mirum est, quod Lys. X, 17 dicitur, ubi ipse orator ἐπιορκεῖν in lege Solonis interpretatur per: ὀμνύναι. Quod sciam nullo alio loco significationem hanc habet. Fortasse indicium est antiquitus ἐπιορκεῖν significasse idem quod Pap. Oxyrhynch. VI, p. 320 invenitur: ἔνοχον τῷ ὅρκῳ se facere, iuri iurando se subicere.

Postea, ubi de iure iurando non servato sermo est, saepius vocabula usurpantur παρορκία et παρορκεῖν. (cf. Hirzel o. l. p. 78, 3), quae apud tragicos poetas nondum leguntur.

4) Nachh. Theol. p. 317.

inquit, von der Gottheit wird durch die Vorstellung ihrer Macht beherrscht. Darum handelt der Mensch auch nicht aus Liebe zur Gottheit sondern aus Furcht und Erfurcht vor ihm." Item verecundia metusque deorum est, quae maxime impedit, ne violetur ius iurandum poenasque eam ob causam magis quam praemia proponi consentaneum [1]).

In sollemnibus tamen Graecorum iuramentis cum poena tum praemia commemorantur [2]).

Iovem imprimis esse iuris iurandi tutorem atque vindicem, etiamsi per alios deos iuretur [3]), iam apparuit.

Priusquam in ipsas tragoedias de periurio inquirimus breviter, quid alii scriptores antiqui, praecipue qui ante tragicos poetas vixerunt, de eo iudicaverint, investigemus.

De Homero. Quod priscis temporibus de periurio esset iudicium satis in carminibus Homericis apparet, cum e caerimoniis commemoratis, quae iuri iurando addebantur sollemni, tum ex ipsis verbis [4]). Et sacrificium et libatio poenae erant signa viro periuro impendentis, quod idem Agamemnon sacrificans profitetur [5]). Praeterea ex eo, quod hostiam ad nihil aliud usurpari licebat, idem apparet: sacra erat aeque ac vir periurus [6]). Multo tamen distinctius ipsis carminum verbis demonstratur, quae poena maneret virum periurum cuiusque has poenas sumere esset munus [7]).

---

1) cf. Gruppe, o. i. pp. 1003 [4], 1006.

2) cf. Hirzel o. l. p. 138: „in den feierlich ausgesprochenen dagegen und mit Bedacht concipirten (Eiden sc.) scheint die Verbindung von Fluch und Segen die Regel."

Praeterea Ott o. l. p. 29 foedus qui commemorat Atheniensium cum incolis Corcyrae ictum, Polyb. II, 25, 6; Inscr. iurid. grecq. p. 170; Lasaulx o. l. p. 13; Ott. o. l. p. 40; ius iurandum Hippocratis ed. Littré IV, 628; ius iurandum Heliastarum, Fränkel, Hermes XXX, p. 462.

3) cf. Ott. o. l. p. 12; Schöm.-Lips, o. l. II, p. 275.

4) Etiamsi recte Rhode, Psyche [2] p. 59. „Von irgend einer ganzen, inquit, Classe von Lasterhaften, die im Hades bestraft würden, weiss die Dichtung von der Hadesfahrt des Odysseus nichts . . . . ." reque vera Il. III, 279 et XIX. 260, ubi Erinyes poenas soluturae dicuntur periurorum virorum, sint reliquiae opinionis antiquissimae, ipsa aetate, quo carmina conficiebantur, iam alienae, satis constat priscis temporibus eam fuisse opinionem.

5) cf. Il. III, 299; II, 339; IV, 158; Od. XIV, 331.

6) cf. Stengel, Neue Jahrb. 127 p. 377; — Gr. Kultusalt. p. 79.

7) cf. Il. XIX, 259 Erinyes supplicium sumunt Iove auctore cf. Il. VII, 411; XIX, 107; XXIII, 42; Od. XIX, 303; de poenis ipsis Il. III, 278; IV, 161.

Periurium proprie quod dicitur i. e. ius iurandum falso datum apud Homerum non legitur [1]), paucis locis tantum sermo est de iuramento non servato [2]). Veritas quam maxime colitur.

De Hesiodo. Item apud Hesiodum apparet graves poenas diis daturum esse eum, qui iuramenta data non servet falsove iurare audeat [3]).

De aliis. Idem docent inter lyricos poetas Theognis vs. 1195: „μήτι θεούς, qui canit, ἐπίορκον ἐπόμνυθι, οὐ γὰρ ἀνυστὸν ἀθανάτους κρύψαι χρεῖος ὀφειλόμενον" [4]).

Pindarus vitam post mortem beatam iis pollicetur, qui iuramenta servaverint, Ol. II 71 (65), ubi dicit:

ἀλλὰ παρὰ μὲν τιμίοις
θεῶν οἵτινες ἔχαιρον εὐορκίαις
ἄδακρυν νέμονται
αἰῶνα

Inter philosophos Epicharmus quidem: „ἐφόδιον, inquit, θνατοῖς μέγιστόν ἐστιν εὐσεβὴς βίος" [5]), ab Empedocle tamen multo planius demonstratur, quae poena maneat vel deum periurum, id quod ante Hesiodus iam rettulerat [6]).

---

1) cf. Nägelsb. — Autenr. Hom. Theol. p. 219: „Von Meineid ἐπίορκος (μάψ ὀμόσαι O. 40) findet sich kein sicheres Beispiel. Sane Hom. Il. X, 332 legitur: ἐπίορκον ἐπώμοσε, non tamen revera periurium est ius iurandum Hectoris sed, ut iure Ameis-Hentze[4] 1896 l. l. observat: „eine falsche, nichtige Zusage."

Ebeling. Lex. Hom. 1885 p. 458 i. v. ἐπίορκος ad l. l.: „Quamquam recte Hector negavit alium quendam Troianorum equis potiturum, id quod vix excusant Ariston. Τοῦτο ἔξωθεν ἐπιπεφώνηται ὅρκον ἐπίορκον ὤμοσεν, οὐχ οἷον ἑκουσίως ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ ἀποτελεσθῆναι τοῦτο ὅπερ ὤμοσεν." cf. Nägelsb.-Aut. o. l. p. 219; Stengel o. l. p. 80.

2) Nägelsb. l. l. „Bekannt aber ist der durch Pandarus begangene Eidbruch cf. Il. III, 299; IV, 67, 236, 271, 157; VII, 351. De Od. XIX, 395 cf o. l. pp. 443, 449 et § 162. Longum est neque huius operis accuratius inquirere in hanc quaestionem.

3) cf. Hes. Opp. 219, 283, 803: Theog. 231.

4) cf. praeterea vs. 399.

5) cf. Diels, Die Fragm. der Vorsokratiker[1], p. 96. 18 (Z. 61); Anecd. Boiss, I, 125).

6) cf. Theog. 793 sqq

Diels, o. l. p. 217 fr. 115: [Νείκεϊ θ'] ὅς κ[ε] ἐπίορκον ἐπομόσσηι
δαίμονες οἵτε μακραίωνος λελάχασι βίοιο
τρὶς μὲν μυρίας ὥρας ἀπὸ μακάρων ἀλαλῆσθαι
φυομένους παντοῖα διὰ χρόνον εἴδεα θνητῶν
ἀργαλέας βιότοιο μεταλλάσσοντα κελεύθους
. . . .
ἄλλους δ' ἐξ ἄλλου δέχεται στυγέουσι δὲ πάντες.

Quanti periurium duceret poeta satis ex hisce verbis apparet. Neque alios aliter iudicasse ostendit Platon. Rei publ. II p. 363 B, ubi: *παῖδας*, legimus, *γὰρ παίδων φασὶ καὶ γένος κατόπισθε λείπεσθαι τοῦ ὁσίου καὶ εὐόρκου* [1]).

Herodotus multo severius narrat iudicium: Glauci genus esse prorsus exstirpatum, non eo, quod ius iurandum non servavisset, sed quod de eo violando cogitare ausus esset [2]).

Idem postea docet Thucydides [3]), qui malam Graeciae condicionem narrans: *οὔτε λόγος*, inquit, *ἐχυρὸς οὔτε ὅρκος φόβερος*, id quod maximum nequitiae testimonium arbitratur. Apud Xenophontem [4]) Clearchus monet, ne iuramenta neglegantur, quia deos, iuris iurandi tutores, nemo effugere potest.

Oratores saepius idem demonstrant, quorum sententias omnes enumerare longum est neque huius operis [5]).

Iam satis. Apparet graves homines periuros poenas manere

Antequam ad ipsos tragicos redeamus, unum iam referendum est, quod poenas periurii quam distinctissime ostendit: exsecratio sc. iuramentis Graecorum plerisque addita quippe qua vir iurans ipse poenas imprecetur cum sibi, tum liberis, quin generi universo [6]).

De Aeschylo. Neque in fabulis Aeschyli relictis neque in

---

1) cf. de hoc loco R. H. Woltjer, de Platone Prae-Socraticorum philosophorum existimatore et iudice, 1904 pp. 171, 173, 174. Schmidt, Ethik I pgg. 28 sqq.: „Sind doch der Menon des gleichnamigen Dialogs, der Pausanias des Gastmahls, der Kephalos, der Polemarchos, der Glaukon, der Adeimantos der Republik *Typen* sittlicher Lebensrichtungen, wie sie unter seinen Zeitgenossen häufig vorhanden waren."

Scholiastes putat verba laudata esse Herodoti (VI, 86); Adam (Res publ. I (1905) p. 79) Hesiodi (O. D. 285).

2) cf. Herod. VI, 86: *Γλαύκου νῦν οὔτε τι ἀπόγονον ἐστὶ οὐδὲν οὔτ' ἱστίη οὐδεμία νομιζομένη εἶναι Γλαύκου, ἐκτέτριπταί τε πρόρριζος ἐκ Σπάρτης.*

3) cf. Thuc. III, 83, 2.

4) Anab. II, 5, 7: *ὅστις δὲ τούτων* (*ὅρκων* sc.) *σύνοιδεν αὑτῷ παρημεληκώς, τοῦτον ἐγὼ οὔποτ' ἂν εὐδαιμονίσαιμι· τὸν γὰρ θεῶν πόλεμον οὐκ οἶδα οὔτ' ἀπὸ ποίου ἄν τάχους φεύγων τις ἀποφύγοι οὔτ' εἰς ποῖον ἄν σκότος ἀποδραίη οὔθ' ὅπως ἄν εἰς ἐχυρὸν χώριον ἀποσταίη.*

5) cf. Lyc. 79, 94; Pseudo-Dem. in Timoth. § 67.

Praeterea Meuss, die Vorstellungen von Gottheit und Schicksal bei den Attischen Rednern p. 449; Kühnlein o. l. pp. 9 sqq.

6) cf. ius iurandum Heliastarum (Fränkel, Hermes XXX pp. 414, 459) quo iudices magistratum ineuntes precantur: *καὶ εἴη μέν μοι εὐορκοῦντι πολλὰ καὶ ἀγαθά, ἐπιορκοῦντι δ' ἐξώλεια αὐτῷ τε καὶ γένει.*

eiusdem poetae operis fragmentis periurium ullum legitur. Nec de iure iurando non servato ullo loco sermo est [1]).

De Sophocle. Sophocles periuria perpauca exhibet.

Ant. 327 vigil non iurat, affirmat tantum:

ἐὰν δέ τοι
ληφθῇ τε καὶ μή, τοῦτο γὰρ τύχη κρινεῖ
